

no 1 & Inbet Draga

IOACHIMI Ringelbergii

Antuerpiani Dialectica,
& Rhetorica.



PARISIIS
Apud Benedictum Gormontium.

1 5 3 4.



mcob 378709

IOACHIMVS

Ringelbergius Antuer-
pianus Lectori.

Dialecticæ præceptiones in particu-
las quatuor distribuemus. In quarū
prima tradentur, quæ ad uoces simplices
pertinent: in secunda axiomata: in tertia
syllogismi, enthymemata, inductio-
nes, exempla: in quarta locorum
ratio. Vale. Antuerpiæ
quinto Idus Maii.
An. M. D. XXIX.

Pres.
5441 P.

2

QVID DIALECTICE, ET
quod eius partes sint.

Dialectice ars est finiendi, diuident-
di, & argumentandi. Vel breuius:
Dialectice ars differendi est: sicut
Retorice dicendi, & loquendi Gram-
maticæ. Distant enim loqui, differe-
re, & dicere. Quod loqui Grammaticorum sit:
differere Dialecticorum: dicere Oratorum. Inde di-
ctationem pro oratione accipimus. Id interest in-
ter Dialecticam & Rhetoricam: quod Dialectica
breuiter & aperte rem tradit, Rhetorica uero co-
piosius eandem explicat. Dialectice exactam do-
cendi rationem: Rhetorice, eloquendi modum
aperit. Dialectica tanquam primas causæ lineas
ducit: Rhetorice uiuos addit colores. Zeno Dia-
lecticam compressæ in pugnum manus: Rhetori-
cam explicatæ dicebat similem. Duæ sunt partes
Dialecticæ *τοπικὴ* & *κριτικὴ*, id est, ratio inueni-
endi, & forma iudicandi. Prior locos continet:
posterior, syllogismum, enthymema, induc-
tionem, exemplum, & similes modos colligendi. To-
pice loco tradit unde petitur medium, quo pro-
bemus axioma esse uerum, falsum, impossibile.
Critice rationem siue intellectum docet thematis sim-
plicis & compositi. Simplicis: ut sit ne ipsum species,

genus, differentia, propriū, accidens, substantia, quantitas, qualitas, relatio. Qua forma finiatur. Quæ sunt eius partes, species, officia. Cōpositi, ut sit ne uerū, falsum, adfirmās, negans, uniuersale, particulare, necessariū, cōtingēs, impossibile.

De quinque uocibus.

Q Vinq; sunt genera uocū cōmunium siue (ut alii dicūt) quinq; sunt uoces prædicabiles: genus, species, differentia, propriū ac cidēs. Quas ordine, describemus, definito prius indiuiduo quod aliorū omnium origo est. Sicut enim momētū tēporis prīcipiū est, unitas numeri, & pūctus magnitudinis, ita uocū cōmuniū siue uniuersaliū indiuiduū. Indiuiduū dicitur nomē propriū, aut id, quod rē dūtaxat unā signat: ut Cicero, Vergilius, Plinius, Bucephalus, hæc herba, hæc arbor. Genus est nomē cōmune multis speciebus, aut uocabulum, quod primū occurrit in definienda specie. Vt animal, lapis, gēma, prudentia, iustitia, fortitudo, tēperātia. Duplex est genus. Summū: ut substantia, quantitas, qualitas, relatio. Et medium, quod etiā species est: ut corpus, animal, arbor, lapis. Species est nomen commune proximum indiuiduis, uel quod primū occurrit in definiendo indiuiduo: ut homo. Hæc quoq; duplex est. Infima, quæ propriè species est, & quā modo definiuimus: ut equus, leo, lupus, uulpes. Et media, quæ etiam genus est: ut piscis, fera, auis. Differentia, est qua species inter se differunt: uel quæ species eiusdem gene-

nihil
ualet

ris discernit. Aut differentia, est propria rei nota, qua secundum id ipsum, quod talis est, ab alii distinguitur rebus. Vt sentiens, non sentiens, capax rationis, expers rationis. Pro differentiis a penumero accidentium congerie utimur. Sic calidum & ficcum uocamus differentiã ignis: calidum & humidum aëris: frigidum & humidũ, aqua: frigidum & ficcũ, terræ. Differentiã aiũt significare partem alteram rei compositæ. Sentiens enim in se complectitur animam sensitiuam, quæ est altera pars animalis. Et intellectualis, intellectum, siue animam capace[m] rationis, alteram hominis partem. Quoniam sic uoces interpretamur. Sentiens, habens animam quæ sentit: non sentiens, habens animam quæ non sentit, qualis est in plantis. Et intellectualis, habens intellectum, uel animum capace[m] rationis. Ideoque inquit accidentibus non esse differentias, quòd non componantur ex materia & forma. Subtiliore tamẽ iudicio dicunt, etiam quædam accidentia esse, quæ aliquid simile habent materiæ & formæ. Vt quũ peccatũ definiunt esse actionem illicitam, cum praua uoluntate. Hic peccati materia, est illicita actio. Forma uero eius, & differentia, qua ab aliis distat actionibus, est: praua uoluntas, sine qua peccatum dici non debet: sicuti nec animal ratione carens, homo. Pro differentiis accidentium, eorum officia, effectus uel subiecta ponuntur. Sic, loqui, dicere, differere, numerare, canere, esse in animo, esse in corpore, sunt

differentiæ Grammatices, Dialectices, Rhetorices, Arithmetices, Musices, uirtutū, palestricæ. **Proprium**, est propriæ rei indoles, siue natura, quæ cōpetit uni speciei tantum, idque uniuersæ ut canere, numerare, loqui, ridere, quæ competunt homini. Aristoteles quatuor modos enumerat. Quod omni, sed non soli competit, ut bipedem esse: quod soli, sed non omni, ut medicum uel literatum esse: quod omni, & soli, sed non semper, ut canere: quod omni, & soli, & semper, ut risibilem, erudibilem esse. Postremum uere proprium uocat. Differt ab accidente. Quoniã proprium natura semper adest rei cui proprium est: ut loqui, ridere. Accidens nunc adest, nunc abest: ut album esse, nigrum esse, poëtam esse, oratorem esse. Proprium ideo esse dicitur, quod sit natura quædam peculiaris toti alicui speciei, & soli. Ut loqui, hominibus omnibus commune est & soli hominibus datum. Accidens speciebus pluribus sæpenuero commune est: ut esse album, nigrum, uel ox, segne, Sæpenuero dixi, propter poëticen, & artem dicendi. Quæ quamuis soli hominibus competant, tamen non omnibus, sed paucissimis duntaxat. Neque semper adsunt, quoniam longo labore ipsa comparantur. Si uero poëtica, & oratoria ars semper adest ex æquo omnibus uiris, fœminis, pueris, senibus: haud dubie homini propria dicerentur. Quamuis primo anno à natali die homo non loquatur ea tamen res nihil impedit, quo minus lo

qui fit proprium hominis, quum tot uiri, tot feminae, excepto fortassis uno aut altero muto, à pueritia ad finem usq; uitæ loquantur. Nec etiã obsit, quòd paucissimæ aues magno labore ad rem eandem interim pertrahantur. Hæc explicatius ideo posui quod cõplures sint, qui uocum harum discrimen haud satis intelligant. Accidens, est nomen commune, quod tũ adesse, tũ detrahi alteri potest: ut calor, rigor, religio, pietas, gratia, ueritas, philosophia, doctrina, honor, diuinitas. Quamuis plerãq; accidentia ita hæreant in substantiis, ut natura separari inde non queant: ut color in igni: cãdor in niue, & cycno, itellectu tamen & cogitatione ipsa discernimus. Intelligimus enim aliud esse calorem, candorẽmq;: aliud ignem, niuem, cycnum.

Vsus quinq; uocum.

TRiplex usus est eorũ, quæ de quinque uocibus dicta sunt. Primus ut in prædicamentis intelligamus quid genus, quid species, quid differentia, quid deniq; indiuiduũ sit. Secundus quod ex præceptionibus iisdẽ discimus, quæ uoces de quibus prædicentur. Genus enim differentia, ac proprium de specie dicuntur. Vt homo animal est: homo est capax rationis: homo numerare, loqui, differere potest. Species de indiuiduo dicitur: ut Bucephalus equus est. Accidentia de genere, specie, ac indiuiduo dicuntur, sed non necessariò cũ iis cohærent. Vt Cicero est orator. Tertia commoditas est, quòd conducunt

ad finiendum, & diuidendum. Species namq; de
 finitur per genus, differētiā, propriū, accidēs.
 Genus per differentias in species diuiditur.
 Quarta, quod ex his argumentorum loci trahun-
 tur à genere, à specie, à differentia.

De Prædicamentis.

Prædicamenta sunt cōmunes rerum formæ
 certo quodam ordine comprehensæ. Græci
 κατηγορίαι appellāt. In quinq; uocibus com-
 monstratum est, inter genus & speciē cognatio-
 nem esse. Speciē ac differentiā de individuo præ-
 dicari. In prædicamentis uerò rerum omniū or-
 do proponitur: generū, specierū, differentiarū
 individuorū varia ponūtur exēpla. Aristot. de-
 cē prædicamenta tradit: substantiā, quantitātē,
 qualitatem, relationē, actionem, passionem, ubi,
 quando, situm, habitū. Rhetores quatuor dunta-
 xat enumerāt, substantiā, quantitātē, & relatio-
 nē. Actionem, passionem, ubi, quando, situm, ha-
 bitum, ad relationis classem aiunt pertinere.

Substantia.

Substantia est res per se consistēs. Hæc in cor-
 poreā, & incorporeā diuiditur. Corporea in
 simplicē & cōcretam. Simplex in orbescēle
 stes decē, & quatuor elemēta. Cōcreta, in anima-
 tā, & inanimatā. Uia, in sentientē, & non sen-
 tientē. Sentiens, in substantiam capacem ratio-
 nis, & ratione carentem. Ad substantiarum or-
 dinē referendæ etiā partes earū: ut oculus, auris,
 facies, os, ramus, flos, foliū, trūcus, radix.

Substantia.

Corporea.	Incorporea	Deus. Angelus. Anima.
-----------	------------	-----------------------------

Corpus.

Compositum	Simplex	Orbes cœlestes Ignis. Aër. Aqua. Terra.
------------	---------	---

Corpus compositum.

Animatum	Inanime	Lapis. Gemma. Sulfur. Metalla.
----------	---------	--------------------------------------

Corpus uiuum.

Sentiens.	Nō sentiens, ut planta	Arbor. Herba. Frutex.
	Animal.	

Capax rationis	Expers rationis	Volatile. Aquatile Terrestre.
----------------	-----------------	-------------------------------------

Homo.	Homerus, Plato, Vergilius.
-------	----------------------------

Ordo quantitatis.

Quantitas est, qua substantiæ in spatia ac numeros diuiduntur. Ea duplex est. Continua, qua res in spatia: Discreta, qua in numeros partimur. Cōtinuæ duo genera, permanentis, & successiuū. Permanentis tres species, lōgitudō, latitudo, profunditas, hoc est, linea, super-

ficies corpus, ne in relationē incidias. Linea est
 longitudo sine latitudine, & profunditate. Huc
 referantur ea, quibus rerum mensura in longum
 sumitur. Cuiusmodi sunt: ulna, cubitus, granū,
 digitus, palmus, pes, passus, stadium. Superficies
 est latitudo sine profunditate. Huc pertinet iuge-
 rum. Corpus est longitudo cum latitudine, & pro-
 funditate. Hic corpus solam magnitudinem si-
 gnificat, aliter atque in substantiæ prædicamen-
 to. Successiuum dicitur, quod in fluxu & agita-
 tione consistit. Eiusduæ species, motus, & tem-
 pus. Motus in rectum, circulare, & mistum di-
 uiditur. Tempus in parteis quatuor, annum, mē-
 sem, diem, horam de quarum natura tabu-
 lam conscripsimus. Porro quantitas discreta
 est, quum quarimus quot sint res. Eius una dun-
 taxat species est, nempe numerus, hoc est unita-
 tum collectio: ut duo, tria, quatuor: binarius ter-
 narius, quaternarius. Sequentes secundus, tertius,
 quartus, quintus relationes sunt, ut pote quæ sim-
 plici forma accipi nequeant. Ad comunem quā-
 titatis ordinē referri possunt mensuræ nomina,
 uncia, sextans, quadrās, triēs, quicunx, semis, sep-
 tūx, besuel besis, dodrans, dextans, deunx, as. Itē
 semuncia, sextula, duella, drachma, ficiliquum:
 quarū uocū descriptiones in elegantissimis posuimus
 Dicimus enim alicuius lineæ, superficiei, corpo-
 ris, motus temporis unciā, trientem, dodrantem:
 Ut quadrās motus quo mūdus circumagitur, sex
 continet horas. Cuius classis hæc sit tabula,

		Recta.
	Linea	Curva.
		A Equa.
	Permanens	Superficies
		Iniqua.
		Rotundum
	Corpus	
Continua		Angulare.
ut magni- tudo.		Rectus.
	Motus	Circularis
		Mistus.
Quantitas	Successiva	
		Annus.
		Mensis.
	Tempus	
		Dies.
		Hora.
Discreta	Par.	
ut nu- merus.	Impar.	

De qualitate.

Qualitas est adfectio aut animi, aut corporis, unde appellationē aliquā accipimus. Vt prudētia, iustitia, fortitudo, temperātia Rhetorice. Vnde dicimur prudentes, iusti, fortes, tēperātes, Rhetores. Eius quatuor sunt species: habitus, adfectus, sensum mouens, & figura. Habitus, est qualitas animi vel corporis, consuetudine agendi parta, qua facilius & certius aliquid agamus. Vt facultas orandi, animi est, palestra corporis. Habitus in duoduiditur genera: animi & corporis. Habitus animi duplex est. Alius enim in intellectu consistit ut prudentia, & artes omnes. Alius in uolūtate, qui uirtutum ac uitiorum genera complectitur. Habitus corporis, ut uires, robur, uelocitas, agilitas. Adfectus est animi perturbatio: ut lætitia, tristitia, metus, amor. Tertia species est qualitas sensum mouens: ut sonus, color, odor, sapor: quæ quatuor movent auditum, uisum, olfactum, gustum. Ad tactum plura referuntur: calidum, frigidum, humidum, siccum: & quæ horū mixtura constant, durum, molle, asperum, læue. Ad hæc referendæ naturæ herbarum, lapidum, metallorum. Quartum ac postremum qualitatis genus est forma uel figura. Huc omnia spectant quæ manu uel industria hominis faciuntur. Quod genus, mensa, domus, templum, nauis, sedes, panis, uestis, penula, pannus. Lapis tamen, lignum, ac lana substantiæ sunt. Item si

guram significat, circulus, triangulus, & similia. Notant enim formam superficiei, quæ à nobis & confici, & mutari rursus potest. Ad hunc ordinem pertinet omnia uirtutum, uitiorum, colorum, ac saporum genera, quæ in libello de Homine tradidimus. Artium cunctarum ordinem, & subiecta in Chao descripsimus.

	Intellectus.	Prudentia	
		Artes oēs	Grammaticæ. Rhetoricæ. Dialecticæ.
	Animi		
		Virtus	Iustitia. Fortitudo. Temperantia:
	Voluntatis		
Habitus		Vitium	Improbitas. Ignauia. Luxus.
1		Vires. Robur.	
	Corporis	Velocitas. Agilitas.	
		Lætitia.	
Adfectus		Tristitia.	
2		Metus. Amor.	
		Vox.	
	Sonus.		
		Tonitruum.	

Qualitas.

Abfinthii.

Herbarum

Chelidoniae.

Fronidium.

Pomorum.

Color

Florum.

Sensum Odor

Radicum.

mouens. Sapor

Vuarum.

3

Carnium. Piscium.

Metallorum.

Gemmarum.

Abfinthio.

Herbis

Chelidonia.

Calidū Frondibus.

Frigidū Pomis. Floribus.

humidū Radicibus.

Tactus in Gemmis.

Siccum Metallis. Vuis

Durum Carnibus.

Molle Piscibus.

Forma Mensa. Domus. Templum.

uel Figura Navis. Carina. Velum.

4

Fistula. Ensis. Circulus.

De Relatiuis.

Relatio, est rerum inter se collatarū unius ad alteram habitudo. Duo relationum genera, simplex, & mixtum. Simplex relatio in formas tres diuiditur. Quarum prima est sub

stantiæ: ut idem, diuersum: corporeum, incorporeum, diuinū, humanum, terrenum, cœleste. Secunda quantitatis: ut æquale, inæquale, æqualitas, inæqualitas, proportio, hoc est, duarū magnitudinū similis habitudo. Dicimus enim ea est proportio inter tria & nouem, quæ est inter duo & sex. Maius, minus: par, impar: duplū, triplū: multū paucum: magnum, paruum. Tertia qualitatis: ut simile, dissimile: curuum, rectum: durū, molle: asperum, læue: bonum, malum: sanum, ægrum: dominus, seruus: consul, iudex: rex, populus: pro consul, prouincia, & omnia magistratum nomina: emptor, uenditor: accusator, reus: metropolis colonia: pater, filius, auus, nepos: maritus, uxor: focer, gener: frater, soror, & reliqua cognationum uocabula. Item præceptor, discipulus: patronus, cliens: dux, comes: amicus, inimicus: hospes, peregrinus: creditor, debitor: & inde uerba credere, debere. His adduntur uoces, quæ ex præpositione, con, sunt contextæ: ut collega, conuictor, contubernalis, coniunx. Et similis significationis: socius, sodalis. Mixta sex generibus constat. Oritur enim uel ex substantia & qualitate: scilicet obfariam. Siquidem ea aut in mouendo, agendoque consistit, sic actio dicitur: aut in patiendo, sic passio. Ut legere, docere, scribere: legi, doceri, scribi. Huc pertinent causa uel signum & effectus. Quoniam nihil est causa uel signum, nisi effectus alicuius sit causa uel signum. Apud plerōsque dubitatio existit: sint

ne astra causæ effectuum, siue rerum, an signa. Vel relatio oritur è substãtia, & quãtitate. Hoc item bifariã. Aut incomprehendenda re, sic locus efficitur: aut metienda, sic tempus. Hoc, quãdo illud, ubi Aristotelici nominãt. Locus est circumfusus, uel aër, uel aqua, uel res aliqua alia, qua quicquã continetur. Ut cœlum est locus siderũ: aër, nubium, uentorum, auiũ: aqua piscium. Locus refertur ad id, cuius locus est. Vel ex substãtia & relatione. Id quoq; binis modis. Vel in occupanda quantitate, sic positus oritur, quẽ nunc fitum, nũc compositũ esse uocãt. Vel in qualitate accipienda, induendãue, sic habitus procreatur. Habitusest corporis, & eorum, quæ circa corpus sunt, applicatio, per quam hoc habere, illa haberi dicuntur. Sunt itaque mixtæ relationis species sex, actio, passio, ubi, quando, situs, habitus.

		Idem,	Diuersum.
	Substãtiæ	Simplex,	Compositũ.
		Animatũ,	Inanime.
		A Equale,	Inæquale.
Simplex	Quãtitudinis	Magnum,	Paruum.
		Par,	Impar.
		Simile,	Dissimile.
	Qualitatis	Herus,	Seruus.
		Dux,	Comes.

		Docere
Relatio	A&io	Secare
		Gignere.
		Doceri
	Passio	Secari
		Gigni.
		Sursum, Deorsum.
	Vbi	
		Dextrorsum, leuorsum.
Mixta		
		Hodie, Heri, Dudum.
	Quando	Nuper, Olim, Cras.
		Perendie.
		Status, Sessio
	Situs	
		Pronum, Supinum.
		Togatum, Penulatum.
	Habitus	
		Loricatum, Auratum.

Relationes breuius hunc in modum nonnulli distinguunt Relatiua omnia esse, aut alicuius: qualia sunt: imperator, rex, prætor, dictator, consul, pater, filius, auus, nepos, maritus, uxor, focer, gener, frater, soror, præceptor, discipulus, patronus, cliens, dominus, seruus, dux, comes. Aut alicui: ut æqualis, inæqualis, par, impar, uicinus, propinquus, similis, dissimilis. Aut ad aliquid: ut magnum, paruum, longum, breue, mons, uallis, altum, humile, sublime, depressum. Itē primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, uigesi-

mus, centesimus, millesimus. Quippe nihil esse secundum potest, nisi aliud primum sit: nihil tertium, nisi secundum aliquid reperiat. Eodem pertinent simplex, duplex, triplex, quadruplex. Et simplum, duplum, triplum, quadruplum, dimidium. Quoniam duplum ad aliquid simplum refertur: sicut magnum ad paruum: altum ad humile: sursum ad deorsum: supinum ad pronum: longum ad breue secundum ad primum. Relativum natura est, ut unum sine altero nequeat intelligi. Pater enim esse nemo potest sine filio: nec mons sine valle: nec dux sine comite. Item relativa se mutuo definiunt. Vt pater est, qui habet filium. Filius qui habet patrem. Maius, quo aliquid minus est. Minus, quo maius aliquid reperitur. Maritus, qui uxorem habet. Uxor, cui maritus est. Et relativa simul aiunt oriri, consistere, desinere. Siquidem eodem tempore fiunt, & desinunt esse: dominus & servus: præceptor & discipulus: avus & nepos: dux & comes.

Vsus prædicamentorum.

PRædicamenta conducunt ad finitiones, & ad cognitionem locorum communium. Eodem enim modo quicquid aut discimus, aut legimus digerere debemus in capita communia, sicut hi ordines rerum à Dialecticis proponuntur.

Quid Thema, & quot eius Species.

THema, est id de quo agitur: uel est id, ad quod omnia orationis, seu dissertationis argumenta referuntur. Thematum duo genera sunt. Simplex thema, est uox aliqua simplex: ut deus mundus, homo, animal. Cōpositum, est integra oratio, siue pronuntiatum, uel axioma. Ut Clodius iure cāsuse est. Mundus prouidentia regitur. Differendi ratio ad disciplinas omneis necessaria est.

De Definitione nominis.

TRia Dialectices officia sunt: finire, diuidere, ratiocinari. Finitio & diuisio ad theματα simplicia pertinent: argumētatio ad orationem. Definitio est oratio, quæ aut uocis, aut rei alicuius naturam declarat. Ea duplex est, nominis & rei. Finitio nominis, est simplex etymologia, uel qualiscunque interpretatio uocabuli. Ut sacrilegium est sacræ rei ablatio. Consul, qui Reipu. consulit. Theologus est, qui de deo loquitur. Medicus, qui medetur. Id genus finitiones imperfectiores sunt, quam descriptiones rerum: neque rerum naturam expliant, sed originem duntaxat uocabuli. Quoniã non continuo scimus, qui consulentes reip. consules uocandi sint. Nam & miles in pugna Reip. consulit: & ciuus ædificans domũ, cōsulit Reip. Sic non statim liquet, q de diuina mente disputãtes Theologi sint. siquidem & philosophi, & poëtæ, & oratores crebro de deo differunt, nec ideo

eo ipsos cognomento nuncupamus. Sic & de medici descriptione dicendum: herbas complures, & bruta animantia mederi posse, non tamen medicorum nomen usurpare. Cæterum nominis finitio plane necessaria est, præsertim quâdo uox, de qua agitur, est ambigua. Docet enim principio disceptationis, orationis, uel operis, qua uerbi significatione uti uelimus. Vt scripturi de mûdo, initio exprimere debemus, quid nos appellemus mundum. Est enim mûdus, proprie, qui cõstat ex decem orbibus siderum, & quatuor elementis. Plinius mundi uocabulo pro cælo interim utitur: uulgus quândo que pro terra.

De substantiæ finitione.

Altera est finitio rei. quæ est oratio, qua quid sit res explicatur. Huius quinque species sunt: finitio substantialis, finitio causalis, finitio quæ constat ex effectibus seu officiis, finitio quæ cõstat ex partibus, & finitio quæ ex accidentibus componitur. Finitio substantialis est, quæ constat ex genere & differentia. Vt homo est animal habens mētem. Animal est corpus uiuū & sentiens. Planta, est corpus uiuū, & non sentiens. Ignis est elemētum calidum & siccum. Elementum, est substantia corporea & simplex infra orbē Lunæ. Deus est substantia carens corpore, à qua res omnes sunt conditæ. Quod addo propter animas, quæ etiã sine corpore sunt substantiæ. Differentias, quum defuerint, excogitare licebit. Vt herba plâtæ genus est, quod quotâ-

misarescit. Sic enim distat à frutice, & arbore.

De causali finitione, &
quatuor causis.

DE finitio causalise est, quæ ex causis rei conficitur. Causa proprie dicitur id, ex quo, per quod, à quo, siue gratia cuius, aliquid fit. Causæ quatuor sunt: materia, forma, efficiens, finis. Materia est, ex qua aliquid fit. Vt pannus est materia vestis. Lana est materia panni. Ligna & lapides sunt materia domus. Forma est ipsa figura, effigies, seu qualitas, quam induit materia. Vt figura illa, quam habet domus, est forma, & causa domus, quoniã sine ea domus dici non posset. Et figura illa, quam præ se fert nauigium, est forma & causa navis: quippe sine ea huiuscemodi lignorum structura navis uocari non posset. Est ergo forma causa domus, navis, vestis, urbis & aliarum rerum. Causa efficiens, est res, quæ aliquid efficit. Vt architectus, uel faber est causa efficiens domus & nauigii. Finis est gratia cuius aliquid fit. Vt domus finis, uel causa, est habitatio, ut nos defendat ab imbre, & tempestatibus. Finis nauium, nauigatio est. Quatuor ergo domus, & navis causæ sunt, sine quibus neque domus, neque nauigium fit. Materia, hoc est, ligna & lapides: forma, id est, figura illa, quam habent domus & navis: efficiens ut architectus aut faber: finis, ut habitatio, nauigatio. Simili ratione aliarum quoque rerum causæ possunt indagari. Ex his quatuor causis finitiones rerum conficimus.

Ut domus est ædificium è lignis & lapidibus habitationis gratia constructum. Hæc finitio duobus constat rei causis, materia, & fine. A Edificium genus est. Penula, est uestis uilis & densa, quæ cæteras ab imbre custodimus. Cæteras ab imbre defendere, finis est, & causa penulæ. Vestis, genus est. Vilis & densa accidentia sunt differentia loco posita, quibus penula ab aliis differt uestibus. Hac uoce utitur Cicero, ubi dicit Milonem fuisse penulatum, quum occideret Clodium. Zythum est coctus ex aqua, hordeo, & lupulo potus. Hic potus coctus formam exprimit: reliqua, materiam. Ad hunc locum pertinent definitiones nominum relatiuorum, quorum unum alterius causa est & quæ inuicem se definiunt. Ut pater est, qui habet filium. Filius, qui habet patrem.

Finitio ex effectibus, seu officiis.

EX effectibus, seu officiis haud raro finitiones componuntur. Magna est effectum cum officiis cognatio, adeo ut sæpenumero haud facile possunt decerni. Effecta propriam cuiusque rei uim demonstrant, Ut magnes est lapis, qui ferum attrahit: hæmatites, qui sanguinem sistit. Malua herba est, quæ uentrem lenit. Sol sidus est, cuius ortu dies fit. Luna sidus est, cuius uis fluunt ac refluent maria. Sirius Stella est, quæ ex oriente ardor Solis geminatur. Ex officiis. Iustitia est, quæ unicuique rei suam tribuit. Grammatica est, quæ recte loquendi modum docet. Rhetorica est, quæ bene dicendi præcepta tradit. Prætor est

qui iuri dicendo in ciuitate præest. A Edilis, qui publica & priuata ædificia curat. Comædus, qui actores, quomodo agenda sint fabulæ, docet.

Finitio ex partibus, uel speciebus.

Quartum finiendi genus, est finitio, quæ ex partibus, uel speciebus componitur. Ex partibus. Mundus est, qui constat ex orbibus siderum, & quatuor elementis. Ex speciebus. Vt finitio est, oratio quæ aut uocis, aut rei alicuius naturam declarat. Hæc descriptio è duabus contexitur finitionū formis: nominis & rei.

Finitio ex accidentibus.

Quintum finiendi genus constat accidentibus, ut narcissus, est flos croco similis, mense Augusto florens, postremus omnium florum, A Ethiopia, est Africæ regio sub medio Sole posita, cuius populi atram & exustam si deris ardore faciem habent.

Quæ seruanda sint in finitione.

Differunt finitio & finitum. Finitio enim proprie uocatur id, quod uerbum est cõsequitur: Finitum, id quod præcedit. Vt in hac oratione: homo est animal capax rationis: homo definitum est: capax rationis, finitio. In finitione rebus duo seruanda sunt. Ne finitū plura cõprehendat, quā finitio. Et contra, ne finitio aliquid cõtineat, quod desit definito. Quare hæc finitio uitiosa est: homo est animal bipes: quia tū gallinæ, tū anseres bipedes sunt. Et hæc, homo est animal literatum, ac bellicosum: quoniam

plerique imbelles sunt, & literarum expertes. In
 priore latius definitio patet: in posteriore, finitū
 In omni finitione genus definiti ponendum,
 aut aliquid loco generis. In orationibus, uel li-
 bris finitio thematis debet esse scopus, & regula
 omnium eorum, quæ de themate illo traduntur.
 Vt si quis de Dialectices Rhetorices, uel mundi
 natura scripturus sit, ita uocem finiat oportet, ut
 rei totius summam quæ breuissime complectatur.
 Quod fit, quū dicimus: Dialectice ars est finien-
 di, diuidendi & argumentandi. Rhetorice bene-
 dicendi scientia est.

Diuisio est uocis in species, uel partes, aut
 accidentia distinctio. Diuisionū tres sunt
 formæ. Quarum prima est generis in spe-
 cies. Sic corpus uiuum in plantam & animal di-
 uiditur. Arbor in malum, pyrum, pinum. Axioma
 in simplex & compositum. Secūda, rei in par-
 teis uel membra. Vt quum arborem in radices,
 caudicem, ramos, folia, flores, partimur. Axioma
 in subiectum & prædicatum. Hanc Cicero parti-
 tionem: illam superiorem, diuisionem nominat.
 Tertia, rerū in accidentia. Vt pharmacorū aliud
 salutare, aliud pestiferum. Arborum aliæ sylue-
 stres, aliæ domesticæ. Proloquiorum aliud
 uerum, aliud falsum. Hic arborum & pronun-
 tiatorum rationem tribus diuisionum formis di-
 stinximus.

Octo quaestiones, uel loci thematis simplicis.

Prima, quæ etymologia, uel origo uocabuli sit. Vt Medicus dicitur, quia medetur. Mundus, à perfecta absolutaque elegantia. Chelidonia, quod ab hirundine inuenta sit. Secunda an sit. Vt sit ne ars aliqua, qua adiuuari memoria possit. Sit ne Deus. Sint ne inferi. Hæc quaestio secundo loco absoluenda est. Tertia quid sit res de qua agitur. Vt quid sit Deus. qd mundus. Quid uirtus. Quid fortitudo. Huc pertinent ea, quæ de quinque finiendi formis dicta sunt. Quarta quæ causæ sint. A quo autore res sit profecta. Cuius gratia facta. Ex qua materia constet. Cuiusmodi formam seu figuram habeat. Quinta unum an multa. Vt sint ne plures dii, quemadmodum ueteres crediderunt. Hic dicemus, qua ratione id esse non possit. Sint ne plures mundi. Democritus enim innumerabiles esse mundos opinabatur, quasi pilas alios extra alios. Sexta, quæ, & quot sint species rei. Vt treis esse platarum formas, arborem, fruticem, herbã. Duo esse axiomatũ genera, simplex, & cõpositum. Quatuor uirtutum species: prudentiã, iustitiã, fortitudinem, temperantiã. Septima, quibus membris, seu partibus constet. Arboris partes sunt, radix, caudex, rami, flores. Axiomatis, subiectum, & prædicatũ. Octaua, quæ rei sint uires uel officia, sine quid res efficiat. Quid efficiat luna suo incessu. Quid chelidonia. Sic

Plinius in na. hist. de Sole scribit: Non temporum modo, temporumq; , sed siderum etiam ipsorum, cœliq; rector. Hic lucem rebus ministrat, aufertq; tenebras. Hic reliqua sidera occultat. Hic uices temporum annorumq; semper renascentem ex usu naturam temperat. Hi cœli tristitiam discutit, atq; etiam nubila humani animi serenat. Hic suum lumen cæteris quoq; sideribus cœnerat. Ad hunc modum thematum simplicium naturam indagabimus.

Quid axioma, & quæ eius partes.

Pronuntiatum, axioma, enuntiatio, proloquium, uel propositio est indicatiua, & simplex oratio, qua certi quiddam significatur. Vt contentia temperantia est. In omnibus personis, numeris, ac temporibus modi indicatiua axioma, uel propositio dicitur. Vt Cicero mortaliserat. Igne mundus interibit. Dederam ad te literas. Cæsar uicit Pompeium. Item uerba infinitiua, ac subiunctiua, si pro indicatiuis sumantur, propositionem efficiunt. Vt omnes concurrere proconcurrerant. Aestas non semper fuerit, componite nidos, proerit. M. V. in lib. de lin. lat. ad Ci. quarto & uigesimo. pronuntiatum ita finit: Proloquium est sententia in qua nihil desideratur. De hoc Gellii uerba hæc sunt: Erit autem planius quid proloquium sit, si exemplum eius dixerimus. *ἄξιωμα* igitur huiusmodi est. Annibal Pœnus fuit. Scipio Numantiam deleuit. Milo cædis dānatus est. Neque bonum est uoluptas, neque malum. Et omnino quicquid ita dicitur,

plena, atque perfecta uerborum sententia, ut id
 necesse sit aut uerum aut falsum esse: id est, Diale-
 cticis *Ἀξιωμα*, id est, oratio uerum aut falsum
 plene significans appellatum est. A Marco Var-
 rone proloquium. A Marco autem Cice. pronun-
 tiatū. Partes axiomatis sunt, subiectum, & præ-
 dicatum. Subiectum, prior proloquii pars est, de
 qua aliquid dicitur. Prædicatum posterior pars
 est, quæ de alio prædicatur. Vt in his: Cicero est
 orator, iustitia est uirtus, subiecta sunt Cicero,
 iustitia. Prædicata uero Orator, uirtus. Interdū
 uerba resoluenda sunt, quo partes dictæ habeantur.
 Hoc modo: Cæsar uicit Pompeium, hoc est,
 fuit uincens. Cicero scribit, est scribens. Prædi-
 cari, est alterum de altero explicandi eius causa
 dici. Vt quum dicimus homo est animal: animal
 de homine prædicatur, & naturā eius exprimit.

Prima diuisio pronuntiatī.

AXioma aliud simplex est, aliud composi-
 tū. Simplex enuntiatio dicitur, cuius præ-
 cipuæ partes sunt subiectum, & prædica-
 tū Vt somnus est imago mortis. Cōpositū axi-
 oma appellatur, cuius partes sunt duo pronuntia-
 ta simplicia quæ connectuntur coniunctionibus
 &, uel, si. Id triplex est: copulatiuum, disiunctiuū,
 conditionale. Copulatiua propositio est, cuius
 partes coniunguntur coniunctione copulatiua.
 Vt Cicero est orator, & Plato philosophus. Sol
 diurnum sidus est, & Luna nocturnū. Disiuncti-
 uum dicitur, cuius partes connectuntur coniun-

tionem disiunctiuam. Vt mundus semper fuit, uel conditus est à deo. Conditionale, in cuius initio si coniunctio ponitur. Vt si sol oritur, dies est. Si furatus est rem sacram, sacrilegus est.

Secunda diuisio.

Pronuntiatum aliud uerum est, quod rebus consentit. Vt fortitudo uirtus est. Aliud falsum, quod rebus non consentit. Vt fortitudo est uitium. Lapis est corpus uiuum.

Tertia.

Proloquiorum aliud adfirmatiuum est, quo alterum alteri dicitur inesse. Vt pudor est metus. Animus est immortalis. Aliud negatiuum, quo alterum dicitur non inesse alteri. Vt patientia non est uitium. Libido non est uirtus.

Quarta.

Axiomatum aliud uniuersale est, cuius subiecto præponitur signum uniuersale: uel quo alterum dicitur inesse, uel non inesse alteri uniuersi. Vt omnis homo capax rationis est. Nihil tam alte à natura positum est, quo uirtus non possit eniti. Nulla uirtus opibus inferior est. Aliud particulare, cuius subiecto præfigitur signum particulare: uel quo alterum dicitur inesse, aut non inesse alteri ex parte aliqua. Vt aliquis homo orator est. Aliquod animal oculis caret.

Aliud indefinitum, quo alterum dicitur inesse, uel non inesse alteri sine signo, & quod simile est uniuersali. Vt poëtae sunt honore digni. Hominem decet pius esse. Fures puniendi sunt. Sic

proprie appellantur propositiones necessariae, ubi genus uel differentia de specie predicatur. Vt homo est animal, homo est mortalis, capax rationis. Hæ uero sunt particulares, homo scribit, homo est orator. Vtrobique subauditur aliquis. Aliud singulare, ubi proprium nomen, uel indiuiduum subiicitur. Vt. Demosthenes orator fuit. Homerus literarum princeps est. Hæc herba emoritur.

Quæ sint signa uniuersalia,
quæ particularia.

Generalia, siue uniuersalia signa uocamus quæ significant uocem sequentem accipi pro omnibus indiuiduis. Vel: quæ interpretamur per cõiunctionem, aut propositionem copulatiuam. Sunt autem hæc: cunctus, uniuersus, singuli, omnis, quisque, unusquisque, nullus, nullus non, nemo, nemo non. Vt cuncti mortales ambitiosi sunt. Vniuersa pecunia dabitur. In singulas naues singuli milites accersiebantur. Omnis homo mortalis est. Sua cuique sententia. Vnquodque crimine excutitur. Quæ sic explicamus. In hanc nauem militem unum accersiebant, & in illam nauem militem unum accersiebant. Sic de nauigiis aliis. Huc pertinent interrogationes, quæ interim propositionem uniuersalem efficiunt. Vt, quid non uastauit? id est, omnia. Et prouerbia. Iuuenesque; senesque; hoc est, omnes. Miscebis sacra prophanis, id est omnia. Item hæc. Quantum est hominum uenustiorum. Quicquid erat copiarum amisit. Si quid erat copiarum amisit, hoc est,

omnes uenustiores, omnes copias. Articulaſia uero ſigna ſunt, quæ indicant uocem ſequentem pro aliquot duntaxat indiuiduis accipi, nõ pro omnibus. Vel quæ interpretamur per pronuntiatum diſiunctiuum. Huiusmodi ſigna ſunt hæc: aliquis, quidã, quilibet, qui uis, nonnullus. Vt aliquis homo fortis fuit. Quidam non ſatis te amat. Qualibet hirsuta ſronde tegẽte comas. i. hac uel illa citra delectum, non omnibus frondibus. Non apte itaque quemlibet hominem pro omni homine dicimus. Quem uis arbitrum cedo, hoc eſt, hũc uel illum ſine delectu.

Quinta.

Pronuntiatorum aliud neceſſarium eſt, quũ prædicatũ neceſſario ineſt ſubiectõ. Id fit, quando genus, uel differentia de ſpecie dicitur: aut finitio de definito. Vt homo eſt animal. homo eſt capax rationis. Animaleſt corpus uiuũ & ſentiens. Aliud contingens, quo prædicatum ut ineſt, ita poteſt non ineſſe. Quod fit, quando de ſubſtantiis accidentia dicuntur: aut de accidentibus accidentia. ut Vergilius poëta eſt. Poëtae ſunt honore digni. Aliud impoſſibile, quũ fieri non poteſt, ut prædicatũ inſit ſubiectõ. Vt lapis ſentit. Frutex eſt animal.

De oppoſitione pronuntiatorum.

Tria ſunt pugnantium axiomatum genera. Contraria dicuntur duo uniuerſalia. Vt ois pudor eſt metus. Nullus pudor eſt metus. Horũ natura eſt, ut nunquã ſimul eſſe uera poſſint: ſæpe numero tamen, præſertim in contingẽ

tibus, falsa. Vt omnis homo poëta est, nullus homo poëta est. Subcontraria, duo particularia sunt Vt aliquis homo est doctus, aliquis homo non est doctus. Hæc nunq̄ simul falsa sunt, sed quandoque simul vera. Contradictoria, sunt duo axiomata, quorum alterū est uniuersale, alterum particulare: uel quorum utrūq; est singulare.

Vt omnis pietas est iustitia, aliqua pietas non est iustitia. Nullus pudor est metus, aliquis pudor est metus. Hæc nunq̄ simul neq; uera, neque falsa sūt. In his tribus pugnantium propositionum formis seruanda sunt duo. Vt altera sit affirmatiua: altera negatiua. Vt in utrūq; idem sit subiectū, & idem prædicatū. Quoniā hic nulla est pugnantia. Cicero est orator, Vergilius non est orator.

Omnis patientia. Contrariæ. Nulla patientia est fortitudo. est fortitudo.

Contra-

Contra-

dicariæ.

dicariæ.

Aliqua patientia. Subcontrariæ. Aliqua patientia est fortitudo.. non est fortitudo.

De Propositionum Hodynamia.

Isodynamia, uel (ut uulgarī uocabulo utar) æquipollentiapronūtiatorum, est similis, tum quantitas tum qualitas duorum axiomatum, quibusidem subiectum ac prædicatum est. Quātitas ad generalitatem, qualitas ad negationē, ad firmationēque referenda est. Signa ἰσοδυναμίας hæc sunt: nō omnis, & aliquis non: omnis, & nullus non: omnis & nemo non: non omnis non, & aliquis: nonnullus, & aliquis, nonnullus non, & aliquis non. Ex his conficiuntur pronuntiata ἰσοδυναμίας: Non omnis homo est iustus. aliquis homo non est iustus. Omnis homo est mortalis: nullus homo non est mortalis. Omnis homo ignauus est: nemo nō est ignauus. Nō omnis homo nō est doctus: aliquis homo doctus est. Nonnulli oratores fuerunt: aliqui oratores fuerunt. Nonnulli homines non amant literas: aliqui homines literas non amant. Hæc ratio inueniendi propositiones, quæ eandem habeant uim, duas adfert commoditates. Conducit enim non mediocriter ad iudicium, si propositio aliqua obscura sit. De inde haud parum facit ad copiam. Quippe pulchrum est quærenti sermonis ornatū posse multas excogitare formas loquendi: atque ex iis, ueluti ex ingenti flosculorum multitudine, aptissimam, elegantissimamque eligere.

De Conuerfione.

Conuerfio propositiōnis, eſt ſubiecti ac prædicati cōmutatio. Earum duo genera ſunt. Simplex, & (ut Dialectici aiunt) per accidens. Simplex conuerfio eſt, quando non mutantur ſigna. Hoc modo uertuntur pronuntiata uniuerſalia negatiua, & particularia ad affirmatiua. Vt nulla iuſtitia uitium eſt. nullum uitium eſt iuſtitia. Aliqua fortitudo uirtus eſt: aliqua uirtus eſt fortitudo. Hic manēt ſigna, nullus, &, aliquis, uocibus aliis tranſpoſitis. Altera uertendi forma eſt, qua mutantur ſigna. Id fit in axiōmate uniuerſali ad affirmatiuo. Vt omnis homo animal eſt: aliquod animal eſt homo. Omnis patientia fortitudo eſt: aliqua fortitudo eſt patientia.

QUOT SINT FORMAE

argumentorum.

Diximus duas eſſe Dialecticæ partes, topicen, ac criticē. Topicelocos demōſtrat, unde argumenta petūtur, de quibus poſterius loquemur. Critice uero, rationes colligēdi: quæ ad iudicium faciunt, quando docere libet confirmationes, aut noſtras, aut poëtarum, aut oratorū efficaces eſſe, & cohærere: uel ridiculas eſſe, & nihil efficere. Inde hanc Dialectices partem criticen, hoc eſt, iudicandi artem nuncupamus. Sicut enim aurum lapide, & igne probatur: ita ſunt certæ argumentorū ſpecies, formæ, uel modi, quibus nullo pene negotio cognoſcamus, an ratio, ſiue probatio eſt locis inuenta proba ſit, nec ne. Hos

colligendi modos describemus. Argumentū est ratio probans, bonem præstās, qua colligitur aliud ex aliud: & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Argumentorum quatuor formæ sunt, syllogismus, enthymema, inductio, exemplū. Sorites ad syllogismos referūt. Et reuera aliud nihil, nisi syllogismus est. Quod aperte docet axiomatum commutatio, quæ crebra est apud oratores. Quid etenim aliud est, omnishomo est animal, omne animal est substantia, ergo ois homo est substantia: quæ omne animal est substantia, omnishomo est animal, igitur omnishomo est substantia? Sorites quidem, quoniam mediū in maiore propositione prædicatur, in minore subiicitur, plures admittere tū uocestū axiomata potest, quæ syllogismus: uerum probandi loquendi que ratio id non requirit.

Quid syllogismus, & quibus partibus constet.

Syllogismus est efficacissima probandi forma, qua è duobus pronuntiatis conclusio seu thema colligitur. Hæc argumentatio tribus uocibus seu terminis constat: maiore, minore, & medio. Totidem quoque propositionibus. Quarum prima nominatur, maior propositio: secunda minor propositio: tertia, conclusio, thema, complexio, intentio. Porro terminus maior, est uox quæ cum medio ponitur in maiore propositione. Terminus minor, uocabulum est, quod cum medio ponitur in minore propositione. Medium,

Itu ox quæ bis ponitur ante conclusionem. Exēpli gratia. In hoc syllogismo, omnis insidiator iure occiditur, Clodius est insidiator, ergo Clodius iure occisus est: insidiator medium est: iure occisus, terminus maior: Clodius, minor.

De figuris, & modis syllogismorum.

Omnis syllogismus habet materiam, & formam. Materia sunt axiomata, ex quibus syllogismus componitur. Sic dicimus pronuntiatū esse uerū aut falsum nihil facere, ad formā, sed solum ad materiam confirmationis. Quippe ex proloquiis falsis sæpenumero syllogismus bonus contextitur. Vt hic: Nullum animal mortale est, omnishomo est animal, ergo nullus homo mortalis est. Forma est pronuntiatorum dispositio. Ad hanc pertinent figuræ & modi. Figura, est certa dispositio medii. Tres sunt figuræ. Prima, quando medium in priore pronuntiato subiicitur: in posteriore prædicatur. Secunda, quū medium utrobique prædicatur. Tertia, quando medium bis subiicitur. Harum unaquæque aliquot sub se modos habet. Modus est ratio qualitatis & quantitatis propositionum. Prima figura modos continet quatuor: secunda totidem: tertia sex. In modorū nominibus omnes prope caractères specularem aliquam habent uim. A uniuersalem affirmatiuam significat: E, uniuersalē negatiuā. I, particularē affirmatiuā: O, particularem negatiuam: B, indicat argumentationem reduci posse ad primæ figuræ primum modum

C, ad secundum: D, ad tertium: F, ad quartum: S, conuersione si simpliciter notat: P, per accidens. M, axiomatum transpositionem.

Quæ seruanda sint in syllogismis.

IN omni syllogismo necesse est maiorem propositionem, uel minorem, aut utranque adfirmatiuam esse. Quoniam ex duabus negatiuis nihil recte colligitur. Ante conclusionem altera uel utraq; debet esse uniuersalis. Si maior propositio uel minor negatiua fuerit, conclusio quoque negatiua sequetur. Si propositio maior uel minor particularis fuerit: conclusio etiam particularis erit. Medium nunquam ponitur in conclusione. In syllogismo non sint plures uoces, quàm tres. Neq; sit nomen aliquod ambiguū, quod in uno axioma, aliter capiatur, quàm in alio.

Modi primæ figuræ.

- Bar Omne animal sentit,
 ba Omnis homo animal est: igitur
 ra. Omnis homo sentit.
 Ce Nullum animal caret sensu,
 la Omnis homo animal est: ergo
 rent. Nullus homo caret sensu.
 Da Omnis insidiator iure occiditur,
 ri Clodius est insidiator: ergo
 i Clodius iure cæsus est.
 Fe Nulla ars inutilis est,
 ri. Dialectice ars est: igitur
 o. Dialectice non est inutilis.

His addunt Dialectici modos alios, qui conclu-

tionem inuersam habent, uel (ut ipsi uocant) indirectam. Siquidem duas conclusionū formas tradunt. Directam, quando idem prædicatū est maioris propositionis, ac thematis, ut hic:

Omnis iustitia uirtus est,
Pietas est iustitia: ergo
Pietas est uirtus.

Indirectam, quum quod prædicatur in maiore propositione, in conclusione subiicitur. Ut:

Omnis temperantia est uirtus,
Clementia temperantia est: igitur
Aliqua uirtus est clementia.

Posterior forma loquendi plane contraria est communi naturæ sermonis. Modi secundæ figuræ.

Ce Nemo prodigus est auarus,
sa Omnes sceneratores sunt auari: ergo
re. Nullus scenerator est prodigus.

Cam Omnis gratitudo est iustitia.
es Nulla prudentia est iustitia: igitur
tres. Nulla prudentia est gratitudo.

Fes Nemo ignauus literas amat,
ti Cælius literas amat: ergo
no° Cælius non est ignauus

Ba Oēs eruditi sunt comes & humani,
ro Agricius nec comis est, nec humanus: ergo
co. Agricius non est eruditus.

Modi tertiæ figuræ.

Da Omnis homo est substantia,
rap Omnis homo est animal: ergo

- ti. Aliquod animal est substantia.
 Fe Nulla defidia est uirtus,
 ap Omnis defidia est metus laboris: ergo
 ton. Nullus metus laboris est uirtus.
 Di Aliquis homo est substantia,
 fa Omnis homo est animal: ergo
 mis. Aliquod animal est substantia:
 Da Omnis homo est mortalis,
 ti Aliquis homo est animal: igitur
 fi. Aliquod animal est mortale.
 Bo Aliquis homo non est ignauus,
 car Omnis homo est animal: ergo
 do. Aliquod animal non est ignauum.
 Fe Nullus homo est immortalis,
 ri Aliquis homo est animal: ergo
 ton. Aliquod animal nō est immortale.

De syllogismi ductu ad impossibile.

Syllogismi formam probam esse reductione
 (ut uocant) ad impossibile hunc in modum
 docent. Axioma, quod contradictorium est
 conclusioni, pro maiore propositione ponunt.
 Deinde è duobus pronuntiatis, quæ præcesse-
 runt conclusionem, alteram deligunt, quæ mani-
 feste uera est eam minorem propositionē faciūt.
 Postremo tertiæ propositionis relictæ contradi-
 ctoriam pro conclusione ponunt: Nam ea rite ex
 aliis duabus colligitur. Quæ quia aperte falsa de-
 prehenditur: necesse est alterutram earū falsam
 esse, ex quibus ipsa colligitur. Vt sit hic syllogis-
 mus in prima figura.

Omne animal est substantia,
 Omnis homo est animal: ergo
 Omnis homo est substantia.

Huius conclusionem si quis esse putet incertam:
 contexendus syllogismus ex pronuntiatis cōtradi-
 ctoriis, hoc modo:

Aliquis homo non est substantia,
 Omnis homo est animal: ergo
 Aliquod animal non est substantia.

Atqui hæc postrema, quoniã falsa est, necesse est
 falsam quoq; esse alteram earum, ex quibus ipsa
 colligitur. Non minorem quoniã ea in syllogis-
 mo priore dicebatur uera. Ergo maiorem quæ cō-
 tradictoria est conclusionis, cuius ueritas incerta
 erat. Idem efficietur, si maiorem dicamus ueram
 esse, hoc modo:

Aliquis homo non est substantia,
 Omne animal est substantia: ergo
 Aliquis homo non est animal.

Ad hanc formam spectant oratorum cōtentiones.

De ratiocinatione.

Quod Dialectici syllogismum, id Cicero
 ratiocinationem uocat. Ratiocinatio, est
 argumētatio perfectissima, quæ accōmo-
 datione assumptionis, ad id, quod propositū est,
 elicit conclusionē. Huius partes quinque sunt pro-
 positio uel expositio, propositionis approbatio,
 assumptio, adsumptionis ratio, complexio. Pro-
 positio est, per quam breuiter is locus proponi-
 tur, ex quo omnis emanat uis argumentationis.

Ratio est quæ demonstrat uerum esse, quod proposuimus, uel pluribusue argumētis. Assumptio est per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Assumptionis ratio, est per quam id quod assumptum est, confirmatur. Complexio est, per quam id quod ex tota argumentatione conficitur, exponimus. Ratiocinatio interdum quinque, quandoque quatuor, sæpenumero tribus duntaxat partibus constat. Quinque, quando tam expositio, quàm adsumptio indiget probationis. Quatuor, quū sola uel propositio, uel adsumptio rationibus confirmatur. Tribus, quando neque expositio, neque adsumptio probatione eget.

Quinquepartita ratiocinatio.

Propositio, uel expositio: Quicquid optime administratur, administratur consilio. Ratio uel confirmatio expositionis. Domus ea quæ ratione regitur, omnibus instructior rebus, & apparatior est, quàm ea, quæ temere & nullo consilio gubernatur. Alia ratio. Exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia, & temeritate alicuius administratur. Alia approbatio. Eadem nauigii ratio est. Nam nauis optime cursum conficit ea, quæ prudentissimo gubernatore utitur. Adsumptio, quæ tertia argumentationis pars est. Mundus optime administratur. Confirmatio adsumptionis. Nam & signorum ortus & obitus, definitum quendam or-

uinem seruant. Et annuæ commutationes non modo quadam ex necessitate, semper eodem modo fiunt: uerum ad utilitates quoque rerum omnium sunt accommodatæ. Et diurnæ nocturnæque uicissitudines nulla in re unquam mutatæ, quicquam nocuerunt. Hactenus quatuor habuimus ratiocinationis partes. Quinta est complexio, siue intentio. Quæ aut id infert solum, quod ex omnibus partibus colligitur, hoc modo. Consilio igitur mundus administratur. Aut unum in locum quum contraxerit breuiter propositionem & adsumptionem, id adiungit, quod ex his conficitur, ad hunc modum. Quod si melius geruntur ea, quæ consilio, quàm quæ sine consilio geruntur: nihil autem omnium rerum melius, quàm mundus administratur: consilio igitur mundus administratur.

Quadripartita.

EXpositio. Qui sæpenumero nos per fidem sefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Propositionis ratio. Si quidem perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit præter nosmetipsos, quem iure accusare possimus. Alia ratio. Ac primo quidem decipi incommodum est: iterum stultum: tertio turpe. Adsumptio, Carthaginenses autem sepe iam nos sefellerunt: Hæc probationis non indiget. Complexio. Summa igitur amentia est, in eorum fidem spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis.

Tripartita.

A Ut metuamus Carthaginenses oportet, si incolumes reliquerimus: aut eorum urbem diruamus. At metuere quidem non oportet. Restat igitur, ut urbem diruamus. Alia. Qui cunque literas amant, opes, honores, ac corporis dignitatem contemnere solent. Poëta uero literas amant, igitur opes & honores contemnunt. Breuiter omnes syllogismi sunt ratiocinationes tripartitæ. Id solum interest inter Dialecticos, & Oratores: quod hi copiosius: illi breuius rem eandem exponunt. Hi non ita anxie ordinem seruât pronuntiatorum, illi semper maiorem propositionem primo loco: minorem secundo: complexio nem postremo ponunt.

Quid epicherema.

Quod Dialecticis syllogismus: Ciceroni ratiocinatio: id Fabio epicherema est. Quod hæc Quintiliani ipsius uerba demonstrât. Epicherematos & quatuor, & quinque, & sex etiam factæ sunt partes à quibusdam Cicerone maxime quinque defendit, ut sit propositio, deinde ratio eius, tunc assumptio, & eius probatio, quinta complexio. Hæc Fabius. Idem paulum infra id solum inter epicherema, & syllogismum interesse tradit, quod hic ex ueris uera colligat: illius nerousus circa credibilia frequentior sit.

De captiosis argumentationibus.

Gellius captiosas aliquot argumentationes ponit. Qualis est. Quod nix est, hoc grando non est. Nix autem alba est. Grando igitur alba non est. Item alia non dissimilis. Quod homo est, hoc non est equus. Homo autem animal est. Equus igitur animal non est. Possunt & aliæ excogitari. Omnis homo uel est doctus, uel indoctus. Verum, non omnes homines sunt eruditi. Ergo omnes indocti sunt. Item omnis homo dormit, uel uigilat. Sed non omnis homo uigilat. Ergo omnis homo dormit. Quicquid non amisisti, hoc habes. Cornua non amisisti. Igitur cornua habes. Id genus argumentationis Dialectici tamen fallacias, tamen sophismata nominant. Quæ facile dilui, ac refelli possunt si ea, quæ in syllogismi compositione seruanda præscripsimus teneantur.

De enthymemate.

Enthymema, est imperfectus syllogismus. Quâdôq; maiore cum themate complectitur. Vt: Omnis iustitia uirtus est: igitur pietas uirtus est. Deest minor: pietas est iustitia. Interdum ex minore, & themate componitur ommissa maiore. Vt: Pietas est iustitia, ergo pietas uirtus est. Deest maior: omnis iustitia uirtus est. Vt tradit maior an minor, hoc pacto cognoscas. Si in antecedente, & consequente idem sit subiectum, maior deest: sin idem prædicatum minor. Vt in hoc enthymemate: Clodius insidiator est: ergo Clodius iure cæsus est, deest maior: Insidiator

omni iure occiditur. Hic uero minor deest: Omnis infidiator iure occiditur: ergo Clodius iure cæsus est. quoniam in priore, idem subiectum: in posteriore, idem prædicatū. Enthymemate crebro Poëtæ utuntur. Vt apud Ouidium: Quæritur Aegisthus, quare sit factus adulter: In promptu causa est, defidiosus erat. Antecedens est: Aegisthus defidiosus erat. Consequitur: ergo Aegisthus adulter erat. Deest maior: Omnis defidiosus adulter est. Partes enthymematis duæ sūt, antecedens, & consequens.

De inductione.

Inductio, quæ Græcis ἐπαγωγή dicitur, est forma colligendi, quæ à singularibus, ad uniuersale progredimur. Vt plebs Romana optime de Milone sentit: equester ordo optime sentit: Senatus optime sentit: totus igitur populus Romanus optime de Milone sentit. Syllogismus progreditur ab uniuersalibus ad singularia. Vt omnis homo mortalis est: Cicero est homo: ergo Cicero mortalis est. Inductio à particularibus ad uniuersalia. Vt Homerus mortuus uel mortalis est. Demosthenes mortalis est: Igitur omnis homo est mortalis. In epagogis cauendū, ne diuersum aliqd inter singularia, quæ nō exprimuntur, appareat. Iccirco non recte colligas: Demosthenes orator est, Cicero orator est, ergo omnis homo orator. Partes inductionis sunt antecedens, quod singularium coacervatione constat: & consequens uniuersale, collectum è singularibus.

De exemplo.

Exemplum, uel *παράδειγμα*, est, quoties unū particulare, per aliud probatur, propter similitudinem, quæ in utrôq; reperitur: Vt si nauium rectores iudicio non sorte eliguntur: igitur & magistratus iudicio, non sorte eligendi sunt. Hic similitudo quædam est inter nauigium & remp. inter rectores nauium & magistratum. Exempli materia petitur è locis similibus, dissimilibus, paribus, maioribus, minoribus. Exemplum à simili. Quemadmodum uascula oris angusti superfusam humoris respuunt copiam, sensim autem instillantibus replentur: sic tenera puerorum ingenia grandia non percipiunt, modica & uiribus suis apta commodius addiscunt.

A dissimili. Si barbarorū est in diē uiuere: non frustra consilia sempiternum spectare æuum debēt. A pari, Si fratrem domi alis, quæ me eiicis. A maiori, Cicero non persuasisset, igitur nec puer hic persuadere poterit. A minori, Hic puer persuasit, ergo & Cicero persuasisset.

Huc pertinent argumenta, quæ ducuntur à sententiis, paræmiis, apologis, fabulis. Distāt exemplum & locus ab autoritate, quod in uno iudicio hominis: in altero, facti similitudine utimur.

Quid sit locus, & quot
locorum species.

Loci argumentorum sedes sunt. Ita appella-
verunt, quòd in eis uelut receptu, & thesau-
ro quodam, omnia faciendæ fidei instrumē-
ta sint reposita. Duo locorum genera. Dialectici,
ut genus, species, differētia, finitio, materia, for-
ma, finis, simile, par, maius, minus. Et Rhetorici,
qui ad laudem, consilia, uel iudicium pertinent.
Hi rursus aut laudatiui dicuntur: ut genus, na-
tio, patria, infantia, pueritia, adolescentia. Aut
suasorii, qui quatuordecim ferè numero sunt: tu-
tum, iucundum, facile, necessarium, utile, iustū,
honestum: & his contrarii à periculis, ab iniucun-
do, à difficili, à non necessario, ab inutili, ab iniu-
sto, ab inhonesto. Aut iudiciales: ut à testibus, à
tabulis, à quæstionibus, à rumoribus. Hos ordine
describemus posita prius diuisionis tabula.

	Genus,	Species,
		Differentia,
Dialectici	Finitio,	
	Materia,	Forma,
	Finis.	
		Genus, natio,
		Patria,
Laudatiui	Infantia, pueritia,	
Loci	Adolescentia,	

Rhetorici

Tutum,
Iucundum,
Facile,
Necessarium,
Vtile, iustum,
Honestum,Deliberativi Periculofum,
Iniucundum,
Difficile,
Non necessarium,
Inutile, iniustum,
Inhonestum,

Testes.

Tabulæ.

Iudiciales Quæstiones.

Rumores.

Genus, & commune.

AD generis negationem consequitur speciei remotio. Vt studiosus non est: igitur fortis non est. Ad affirmationem generis non sequitur affirmatio speciei. Quemadmodum hic, Animale est, ergo homo est. Ad totius generis affirmationem consequitur affirmatio cuiuslibet speciei. Vt omne argentum legavit, igitur & calatum. Similiforma è communi colligimus particulare. Comune hic dicitur, quicquid altero latius patet. Vt homo commune est ad ætiopem, & hominem album. Item ad pauperem & opulentum. Domus ad parvā domum & magnam.

Colligendi forma eiusmodi est. Nulla unquam domus habuit, igitur nec magnam. Nunquam librum aliquem uidi, ergo nec tuum.

Species, ac particulare.

Remota specie, non consequitur remotio generis. Non enim sequitur homo non est, igitur animal non est. Item chelidonia arbor non est, ergo nec planta. Sed adfirmata specie, sequitur adfirmatio generis. Vt Cicero est homo, ergo & animal. Huc etiam referendæ sunt argumentationes, quæ colliguntur à particulari ad commune. Particulare hic dicitur, quicquid altero est angustius. Quod genus uestis longa ad uestem: homo timidus ad hominem: liber elegans ad librum. Argumentandi ratio talis. Librum elegantem habui, ergo & librum. Murem paruum uidi, igitur & murem.

Differentia.

Ad negationem differentia consequitur negatio speciei, quam constituit: & ad adfirmationem, adfirmatio. Vt spongia sentit, est igitur animal. Ratione caret, igitur homo non est.

Finitio, & etymologia.

Aditione ad finitum, & contra, à finito ad finitionem argumētatur, tū adfirmatiue tū negatiue. Vt animal capax rationis est, ergo & homo. Animal est, igitur corpus uiuū ac sentiens. Negatiue. Non est animal capax rationis, ergo homo non est. Non est animal, igitur
nec

nec corpus uiuum & ientens. Simili ratione ab etymologia argumentū ducitur. Vt est sacrae rei ablatio, ergo sacrilegiū. Medetur, ergo medicus est. De deo disputat, igitur theologus.

Descriptio.

Distat finitio & descriptio. Quod hæc quale aliquid sit illa quid sit doceat. Hæc acciditibus multis: illa genere & differentia constet. Ex descriptione haud alia ratione argumentum, atque è finitione conficitur. Sed cauendū ne descriptio latius pateat, neue sit angustior, q̄ id, quod describitur. Vt psitacus est auis uiridis, rostro adunco, collo rubro, torque in signi in senecta, quæ altero pede cibum tenens nescitur.

Totum & partes.

Atoto inferuntur partes, non remouetur. Vt domus est, necesse est igitur & parietes & tectum esse. Verum non sequitur. Domus non est, ergo nec tectū nec parietes sunt. Possunt enim superesse parietes, reliquis consumptis incendio. Partes si uniuersæ colligantur, totum inferunt. Vt parietes sunt & tectum, necesse est igitur domum esse.

Causæ quatuor.

Causarum naturam ante exposuimus. Ab efficiēte. Sol adhuc sub terra est, igitur nōdum est dies. Traianus nunquam genuit, ergo Traiano non fuit filius. Voluptas infamiam gignit, igitur fugienda. Virtus honorem adfert, igitur appetenda. Efficiētū causarū aliæ natu-

Ra agunt, quæ non consilium, sed impetu sequuntur. Vt Sol, Luna, ignis, herbae, gemmae. Alia consilio: ut poeta, orator, faber, agricola, futor, puer, adolescens, uir, mulier. A materia. Sublata materia aufertur effectus. Nullum lignum habuit, non potuit igitur fabricare naues. Ferrum non habet ergo nec cudere gladios potest. A forma. Non habet figuram domus, ergo nec domus est. Non habet speciem libri, igitur nec liber est. Volubilis est globus, est ergo rotundus. A forma apud Theocritum primo Idyllio poculum commendatur, ad hunc ferme modum: Dabo & profundum poculum, molli oblitum cara, recens fabricatum, adhuc sculpturam redolens. Circa cuius labra, in alto hedera nexa est. A fine. Agri uastati sunt, bellum igitur fuit. Felicitas est expetenda, igitur & uirtus. Non est malum uiuere, igitur nec comedere. Navigandum est, ergo & naues habenda.

Euenta.

AB euentis uel effectibus non secus, atque a causis argumenta ducuntur. Ab effectu causae efficietis: Dies est, ergo Sol est ortus. Peperit, igitur cum uiro rem habuit. Ab effectu materiae: Poculum liquitur, non est igitur ligneus. Ab effectu formae. Volubile est uas, est ergo rotundum. Finium effectus minus patent. Potest hoc dari exemplum: Agri culti sunt, cultores plurimi ad sunt, pecora multa in agris, literae florent, illaesa sunt phana, ergo hic pax fuit.

Vt ante diximus, raris domus est habitatio: nauis nauigatio: medicamento sanitas: bell. pax. Quæ singula haud dubie aliquid efficiunt. Vt habitatio hominem tutum & tranquillum reddit: nauigatio diuitem: sanitas, robustum: pax eas adfert commoditates, quas supra memorauimus.

Signa.

S Ignorum tria genera sunt. Antecedētia, quæ ante re eueniunt: ut apparatus, colloquium. Adiuncta, quæ cum re fiunt: ut umbra corporum strepitus pedum. Consequentia, quæ post re ut titubatio, trepidatio, pallor, rubor, tremor. A signis antecedentibus argumentū colligit Terentius in Andria: Solitudo ante ostiū, nihil apparatus, nō cohæret nuptiæ. A signis adiunctis sic ratiocinari licet. Pallet, cogitabundus sedet, animū subinde mutat, igitur amat. Hæconiā nāq; amoris sunt coniuncta. A consequentibus: sic Expalluit, titubauit, trepidauit: uerisimile itaq; est ab ipso hominē esse interfectum.

Autoritas & exemplum

a B iudicio, uel autoritate sic argumentamur. Optima statim discēda sunt: ita enim **Q**uintilianus institutor optimus faciendum existimauit. Exemplū aut simile est, aut contrarium, aut maius, aut minus. Simile exemplum: ut iure occisus Saturninus, quoniā & Gracchus. Contrariū ut Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit: Verres eadem fociis abstulit. Maius: Si propter matrimoniū uiolatum Troia est deleta:

quid fieri adultero par est? Minus: Tibicines, quum ex urbe recessissent, publice sunt reuocati. Ciuitatis principes, qui bene de Rep. meriti sunt, quum inuidiæ cesserint, ab exilio non sunt reuocandi? Cæterum hæc explicatius dicenda.

Simile.

à Simili: Vt horologii umbram progressam sentimus, progredientem non cernimus: & fruticem, aut herbam creuisse apparet, non apparet crescere: ita & eruditionis incrementum, quoniam minutis constat audibus, ex interuallo sentitur. Argumentum à simili cõfutatur, si aut dissimile esse ostendamus, aut commodiorem similitudinem dabimus, hoc modo: Vt picem nemo attingit, nisi contaminetur: ita poëtas nemo legit, quin ad libidinem incitetur. negabimus simile quidpiam poësin cum pice habere, & aliam similitudinem dabimus. Imo quod apes facere uidemus, ut ex unoquoque flosculo, quicquid optimum est, excerpant, uenenum araneis relinquunt: ita è poëtarum scriptis excerpimus utilia, obscena relinquimus.

Par, maius, & minus.

à Pari. Si patri ius est in filium, igitur & in filiam. Si fratrem domi alis, quur me eiicis? A maiori. Adulterum occidere licet, igitur & loris cædere. Non potest rex arcem aut urbem expugnare, ergo nec miles. Cicero nõ persuasisset, multo minus puer hic. Parenti non obtemperat, & au diet alienum? E maiori minus aliquid collige-

re, est ex eo, quod magis probabile, seu uerisimile est, colligere id quod minus est probabile. Ut apud Ouidium ubi Phaëtona, Solà quadrigiis de terret: Vasti quoque rector Olympi, Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra, Non ager hos curcus, & quid loue maius habetur. Facilius enim Iuppiter, quàm Phaëton agere currus posset. Idem paulum infra de equis: Nec tibi quadrupedes animosus ignibus illic, Quos in pectore habet, quos ore & naribus efflant, In promptu regere est. Vix me patiuntur, ubi acres incaluere animi. Quocirca argumentum etiam istud à maiori petitur: Lepus non posset ingredi antrum, igitur nec ceruus. Siquidem probabilius multo, & magis uerisimile est posse intrare leporem, quàm ceruum, Cōfirmatur locus propositione: Si id quod magis uideatur inesse, non inest: nec id quod minus uidebitur inesse, inest. Minus uocamus id, quod minus probabile, & minus uerisimile est. Terent. in Andria: Hic parua cōsuetudinis causa huius mortem tam fert familiariter, Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri? Si furem cedere licet, igitur & latronem. Si puer ista potuisti, uir non poteris? Leo ingredi antrum potest, ergo & lepus. In his minus probabile est alienos à mari, quàm parentes. Pueros efficere aliquid posse, quod uiri non possent. Denique minus uerisimile est leones ingredi antrum posse, quàm lepores. Huc pertinet uulgare pronuntiatum: Si id quod minus uideatur inesse, inest: & id quod magis uidebitur inesse, in-

erit. Hos locos Cicero & Quintilianus uocant à comparatione maiorum & minorum. A comparatione quidem maiorum. Vt si quis sacrilegiū aut peculatum committit, futurum audebit committere. A comparatione uero minorū. Vt si miles expugnare arcē potest, poterit igitur & rex.

Proportio.

Locus à proportiōe sic differt à simili: quod ubi è simili, simile colligitur: hic similitudinis fit collatio. Similitudo sic effertur. Vt nauis gubernator iudicio non forte eligitur: ita magistratus iudicio non forte sunt eligendi. Proportio sic, Ita se habet ad nauim gubernator, ut ad rēp. magistratus. At non forte sed iudicio gubernator eligitur: oportet ergo magistratus nō forte sed iudicio eligere.

Pugnantia.

Formæ pugnantium quatuor sunt: relatiua contradictoria, priuatiua, contraria. Relatiua ut credere, debere: patronus, & cliēs: præceptor & discipulus. E quibus ad hunc modum conficimus argumenta: Si fateris à me tibi creditam pecuniam, tu mihi debes. Carthaginenses Romanis subiectos fuisse dicitis: constat igitur Romanos Carthagini imperasse. Contradictoria, quæ propositiones sunt, inter quas nullo modo conuenit. Vt Homerus poëta est, Homerus non est poëta. E quibus sic argumentamur: Si uerum est axioma, Cæsar uicit Pompeium: falsum est contradictorium pronuntiatum Cæsar non

uicit. Priuatiua: ut lux & tenebræ: uisus & cæcitas: gnauus, ignauus: modestus, immodestus. Cæcus est ergo non uidet. Tenebræ sunt, igitur non est lux. Contraria sunt calidum & frigidum: humidum & siccum: album & nigrum: bonū & malum. Colligendi ratio hæc est. Herba calida est, ergo non est frigida. Aër humidus est, non est igitur siccus. Item si amandus, qui bene meretur: odio prosequendus, qui male. Si premio dignus, qui tyrannum occidit: supplicio adficiendus, qui iuuat. Si ueniam meretur, qui imprudens nocuit: non meretur præmium, qui imprudens profuit. Ad contraria referri possunt differentiæ & diuersæ species: Vt homo, equus, leo: animal, planta: capax rationis, expers rationis. Probe enim ratiocinamur. Homo est, ergo non est equus. Capax rationis est, igitur non est expers rationis. E loco contrariorum petitur contentio, hoc est, comparatio contrariorum, qua præcipue oratores utuntur in demonstratione personarum, quum unius uirtutes, alterius uitii conferunt. Sic Cicero in Catilinam: Ex hac parte pudor pugnat: illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc fluprū: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus. De hac exornatione plura in Rhetorice dicemus.

Coniugata & calus.

A Coniugatis. Si Rhetorice uirtus est, Rhetorem studiosum esse necesse est. A coniugatis sic colligit Terentius: Homo sum, humani nihil à me alienum puto. Coniugata dicuntur quæ solo nominis quodam flexu distat: ut candidum & candor. A casibus. Prudenter agit, ergo prudens est. Si ingratitude turpis est, turpiter igitur facis qui bene merito gratiam non referas. Casus hoc loco est nominis in aduerbium deflexio.

De locis laudatiuis.

Loci encomiastici in tres formas diuiduntur: quoniam in totidem laudatiuum genus diducitur. Triplex enim laus est: personarum, factorum, rerum. Personarum laudantur à genere, à natione, patria, sexu, ætate, hoc est, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentute, senectute, ab educatione & disciplina, ab habitu corporis, à fortuna, ab animo, à studio. Ad personarum quoque demonstrationes spectant uirtutum ac uitiarum genera, quæ in libro de homine posuimus. Factorum laus è suis locis petitur. Siquidem eadem ratione facta laudamus: qua ad ea hortamur. Vt Scenolæ factum laudatur, quia periculosum, quia utile, quia necessarium reip. fuerit. Res, Vt historia, poetice, philosophia laudantur, quod sint iucundæ, faciles, honestæ, utiles, necessariae. Omnes si uis, personarum locos aliquot describemus. A genere Cicero in oratione pro Sextio: Paren

te Pub. Sextius natus est, homine (ut plerique me-
 ministis) & sapiente, & sancto, & seruo. Verg. 2.
 A Eneid. At non ille satum quo re mentiris Achil-
 les, talis in hoste fuit Priamo, A natione. Sic Ci-
 cero testimonium auctoritatem eleuat, quod Græci
 sint, his uerbis: Tribuo illis literas, do multarum
 artium disciplinam, non ad imo sermonis leporē,
 ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique &
 si qua sibi alia sumūt, non repugno: Testimonio-
 rum religionem, & fidem nunquā ista natio co-
 luit: totiusque huiusce rei, quæ sit uis, quæ auto-
 ritas, quod pondus ignorant. Hic retulerit singu-
 larum gentium & mores & consuetudines tenere.
 Græci nanque mendaces dicuntur: Galli leues:
 Pœni perfidi: Latini superciliosi: Germani belli-
 cosi: Hispani iactabundi. Cice. pro L. Sylla, Licet
 ipsi nos amemus, tamen nec calliditate Pœnos,
 nec artibus Græcos superamus. A patria, Vt A-
 theniensis est, ego uerisimile est Græce loqui.
 Romanus est, igitur & Romane ipsum loqui pro-
 babile est. A sexu. Cice. pro Sextio. Mortem quā
 etiam uirgines Athenienses pro patria contem-
 pisse dicuntur, ergo uir cōsularis timerem? Chre-
 mes apud Comicum: Oh pergin' mulier esse?
 Ab ætate. Teren. Amauit dum ætas tulit. Iterū.
 Quæ sit eius ætas uides. Cic. in oratiōe pro Rabi-
 rio: Adfert aliquam deprecationem ætas, qua tū
 fuit. Hanc deinceps in infantiam, pueritiam, ado-
 lescentiam, iuuetam, uirile tempus, senectutem,
 & senium solent diuidere. Ab educatione & di-

disciplina: quarum hæc ad præceptores: illa ad pa-
 rentes refertur. Hæc alias corrumpit, alias adiū-
 uat & excolit ingenia. Vt educatus est inter pro-
 bos & honestos: uerisimile itaque est probum &
 honestum fore. Refert enim à quibus & quo quis
 que modo sit institutus. Nam mollis educatio, in-
 dulgentia parentum, & licentia præceptorum
 efficit quosque natura bonos deteriores. A
 corporis habitu. Forma sæpe numero naturam
 hominis, & animi conditionem exprimit. Vnde
 haud inepte colligimus: Forma proba est, uultus
 modestus: humeri demissi: probabile est igitur
 probum esse & honestum. Cōtra. Color seruilis
 est, pilosæ genæ, dentes putridos, intortum hu-
 meri inæquales: quis sub istiusmodi corporis ha-
 bitu animum sceleratissimū latere dubitet? Cic.
 in oratione pro Roscio: Nonne ipsum caput, &
 supercilia penitus abrafa olere maliciam & cla-
 mare calliditatem uidentur? A fortuna. Hic ser-
 uus est, pauper, egens, luxu perditus & amplius
 dubitamus aurum ab eo esse ablatum? Ab ani-
 mi conditione. Vt si aliquem dicamus natura ef-
 se auarum, iracūdum, misericordem, crudelem,
 seu erum, sobrium, modestum, fortem, fraudulen-
 tum. Equibus docere possumus aliquid factum
 esse, aut non factum. Cic. Non feci iratus, nihil
 impotentia animo nihil nō diu cōsideratū. A stu-
 dio. Vt sit rusticus an forensis, negotiator an mi-
 les, nauigator, medicus, an poëta. Siquidē ex his
 quōq; argumēta petuntur. A nomine. Vt si quæ

Valerium esse nominatum dicamus quod animo & corpore ualeat. Candidum, quod minime sit candidus, Probum, quod minime probus sit.

De locis deliberatiuis.

Sua forios locos supra enumerauimus. Hic aliquot eorum exempla ponemus. A tuto argumentum colligit, Dauus Terentianus, quum ait nullum fore periculum, si Pamphilus dixerit uxorem se uelle ducere. A periculis. Ouid. Medio est altissima celo: unde mare & terras ipsi mihi saepe uidere. Fit timor & pauida trepidat formidine pectus. Vltima prona uia est, & egent moderamine certo. Tunc etiam, quae me subiectis excipit undis. Ne ferar in praecipua Thetis solet ipsa uereri. Sunt uerba Solis de progressu suo ab ortu in occasum. His Phaëtonem petentem currus conatur deterrere. Ait in medio celo uiam esse altam: circa occasum uero, pronam & praecipitem. A difficili, Ouid. in eodem loco. Ardua prima uia est, & qua uix mane recentes enituntur equi. Mane, inquit Sol, iter est difficile, molestum, & in altum ducens. Similia facile ex autoribus peti possunt. Iucundum uocamus, quod uoluptatem, aut animi, aut corporis, aut utriusque, adfert. Facile quod sine periculo & negotio fieri possit. Necessarium, quod aliter fieri nequit.

De locis iudicialibus.

Loci iudiciales sunt à tabulis, à testibus, à chi rographis, à quaestionibus, à rumoribus. His utuntur in iudiciis. Vt si quis debitum

neget, id tabulis, testibus, chirographis probabimus. De his optime Cicero ad Herennium præscripsit. De usu.

L Ocorum rationem absoluimus. Reliquum est, ut aliquid de illorum usu dicamus. Et primum de locis Dialecticis. Loci sunt finitio, genus, species, adiacentia, actus, efficiens, causa, finis effecta. Hos in thematum natura scrutanda percurramus. Quatuor adferunt commoditates. Conducunt enim maxime ad copiam: inde ad confirmationem: tum ad confutationem: denique ad palinodiam, exercitationem cum primis utilem iuuenibus. Exempli gratia. Si suadere philosopho uelis, ut ducat uxorem: thema uel thesis constitutuenda: Sit ne philosopho ducenda uxor. Cuius partes duæ sunt, philosophus & uxor. Vtrunque per locos omnes deducemus. Finitio philosophi. Philosophus est homo diuinarum, humanarumque rerum notitiam cum uirtute sectans. Species: Stoicus, Peripateticus, Academicus, Epicureus. Adiacentia: pallor, macies, horror, asperitas frontis, seueritas uitæ, morum integritas, amor laborum, rerum humanarum incuria, contemptus uoluptatum. Actus studere, uigilare laborare: aliqd tale sepe est efficere, quo melior ipse meliores alii fiant. Finis bene tranquilleque uiuere. Effecta sunt mores hominum uitaque rectis institutis emendata, & ædita præcepta uitæ, conscripti libri, usui & memoriæ posteritatis. Pari modo discutendum per omnes locos uxoris. Fi-

nitio. Vxor est mulier in consortium vitæ liberorum causa legitime accepta, Adiacētia, pudicitia & negligentia tori. Auctus blandiri, queri, rixari, suspicari, æmulam metuere, parere, educare & communem rem familiarē curare. Finis, procuratio liberorum, conseruatiōque.

Quantum hæc ratio ad copiam cōferat nemo non uidet. Tres commoditates aliæ nunc exponuntur. Si philosophum hortari uelimus ut ducat uxorem: ad cōfirmationem pertinebit, quod uxores pariunt ac educant liberos, quod rei familiaris curam habent. Quorum alterum utile est: alterum honestum. Ad confutationem uero, quod quærentur, rixantur, & omnia perturbāt. Ad palinodiam eadem non parum adiumenti adferunt. Vt si deterrere ipsum ab uxore uelimus: dicemus eas blandiri, queri, rixari, perturbare omnia: neque hominem unquam tranquillum esse, qui semel in malam inciderit uxorem. Deinde ea, quæ causam ante confirmabant, sunt refutanda, hoc modo: At inquires uxores parere, ac educare liberos quare mortalibus contingere nihil honestius possit. Pariunt quidem, ac educant liberos, sed cum liberis pariunt perpetuam calamitatem. Tum quod ad curam rei domesticæ spectat, hæc ita curant, ut non nunquam plura dissi-pent, quàm maritus colligat. Simili modo per locos encomiasticos, suasorios, ac iudiciales nagabimur, in quæstionibus aliis. Indicant enim quod de re quaque dicendum sit.

IOACHIMVS RINGELBERGIUS
Antuerpianus Lectori.

IN Rhetorices præceptionibus hunc seruabi-
mus ordinem. Primum caussarum genera di-
stinguentur. Inde tradentur inuentionis, si-
ue orationis partes, exordium, narratio, diuisio,
cōfirmatio, cōfutatatio, cōclusio, Postremo sequē-
tur reliqua quatuor oratoris officia: dispositio,
elocutio, memoria, pronūtiatio. Itē in cōclusio-
ne adfectus: in elocutione tropos, figuras, & di-
cēdi genera exponemus. In quarto officio de me-
moriæ arte non nihil adicietur. Vale. Antuer-
piæ. VIII. Calend. Iunias. 1529.

RHETORI

CES, AC ORATORIS
descriptio.

Rhetoricen nuncupamus bene dicendi sciētiā. Distat à Dialectica, quod nervos omnes & robur orationis totius petimus à Dialecticis: ornatū à Rhetoricis. Aut quod Dialectice primas ducit lineas: Rhetorice viuos addit colores. Orator est uir bonus dicendi peritus. Ab Rhetore & declamatore distat. Quod orator dicitur, quod causas ueras agit. Quales fuerunt Cicero ac Demosthenes. Rhetor uero professor Rhetorices: ut Quintilianus, Declamator, quod causas fictas agit exercitii gratia. Item orationes, oratoris sunt: ut orationes Ciceronis ac Demosthenis. Declamationes, declamatoris: ut declamationes Quintiliani. Dicere hic uocamus, apte, copiose & distincte loqui.

De tribus causarum generibus.

Quo facilius intelligamus causarum genera, dicendum quid proprie causam uocemus. Causa nonnunquam significat id, ex quo, propter quod, per quod, siue à quo aliquid fit. Huiusmodi causæ quatuor sunt: efficiens, materia, forma, finis. Quas in Dialectica descriptimus. Sapenumero pro ratione ponitur. Vt apud Ouidiū: Tempora cum causis Latium digne

sta per annum : Lapsâque sub terras, ortâque si-
 gna canâ. Interdum accipitur pro actione om-
 ni, quâ in foro, aut in senatu habemus. Sic dici-
 mustria esse causarum genera, demonstratiuum,
 deliberatiuum, iudiciale. Ex his tamen magis pro-
 prie causâ uocatur, quæ iudicialis est. Demõstra-
 tiuum genusest quo laudamus, uituperamus, nar-
 ramus, aut docemus aliquid. Ita dictum quod de-
 monstret, quale aliquid sit. Deliberatiuum siue
 suaforium, quo quicquam suademus uel dissua-
 demus. Iudiciale quo accusamus uel defendimus
 in iudicio aliquem. In demonstratiuo genere uer-
 satur Plinii Panegyricus. In suaforio, Solis apud
 Ouidium oratio, qua Phaëtona deterret à qua-
 drigis In iudiciali, omnes ferme & Ciceronis &
 Demosthenis orationes. Item ad demonstratiuū
 genus referendæ descriptiones personarum, re-
 gionum, prædiorum, artium, fontium, hortorū,
 montium, monstrorum, tempestatum, itinerum
 conuiuiorum, ædificiorum, pompærum. Ad sua-
 forium, conciliatio, reconciliatio, exhortatio, de-
 hortatio, suasio, dissuasio, consolatio, petitio, cõ-
 mendatio, monitio. Ad iudiciale, accusatio, que-
 rela, defensio, expostulatio, expurgatio, expro-
 bratio, comminatio, deprecatio. Demonstratiui
 generis finis est honestas: deliberatiui, utilitas: iu-
 dicialis, æquitas. Hæc tria genera ita discernun-
 tur. Res aut futuræ sunt, aut factæ. De futuris
 deliberamus. Factæ uel in iudicium uocantur: uel
 extra iudicium docentur, narrantur, laudantur,
 uitu

uituperantur. Vel sic: Omnis causa uel uersatur
in iudicio: uel extra iudicium. Si in iudicio, iudi-
cialis est. Si extra iudicium, aut tractat res præte-
ritas, aut futuras. Si præteritas demonstratiua
est. Si futuras, deliberatiua. Si quidem de futuris
consultamus, non de præteritis. De demonstra-
tuo genere plura dicenda.

De genere demonstratiuo.

ID duplex est Dialecticum, & laudatiuum Dia-
lecticum est, quod cuiuscunque thematis aut
simplicis, aut cõpositi naturam demonstrat.
Idem & didacticum: & methodicum appellatur.
Ut quum sermo est de mundo, de Deo, de homi-
ne. Aut quum inquirimus, an prudentia uirtus sit.
Hæc omnia ad Dialecticos locos pertinet: ac ideo
inde nomen habent. Hoc genere scripsit Cice-
ro de officiis. Laudatiuum triplex est. Laudantur
enim uel personæ: ut Cæsar. Vel facta: ut Scæuo
læ factum. Vel res: ut pietas, iustitia, fortitudo,
Rhetoricæ.

Dialecticum	Thematis simplicis.
Methodicum uel	
Didacticum	Compositi.

• **Demonstrati-
uum aut**

ἐπιδεικτικὸν

Laudatiuum,	Personæ.
uel Enco- miasticum.	Factorum.
	Rerum.

• **Genera
causarum**

ria sunt.	Deliberati-	Suasio.
	num seu	
	Suasorium.	Diffuasio.
	Iudiciale	Accusatio.
	cuius	
	partes.	Defensio
	De officiis oratoris.	

Q Vinque sunt officia oratoris: inuenire, di-
 sponere, exornare uerbis ac sententiis,
 edificere, ac pronuntiare uel agere. Inuen-
 tio est excogitatio rerū uerarū aut uerisimiliū,
 quæ causam probabilem reddāt. Dispositio, est
 apta rerū ac argumentorum omnium collocatio.
 Elocutio, est idoneorū uerborū & sententiarum
 ad inuentionem accommodatio. Memoria, est fir-
 ma animi, rerū & uerborū dispositionis perce-
 ptio. Pronuntiatio, est uocis uultus ac gestus mo-
 deratio cum uenustate ac gratia. Eadem Cic. in
 libris de oratore hisce uerbis enumerat: Quinq;
 faciunt quasi membra eloquentiæ: inuenire quid
 dicas: inuenta disponere: deinde ornare uerbis:
 post memoriæ mandare: tum ad extremū agere,
 aut pronuntiare. Omnis oratio cōstat rebus & uer-
 bis. In rebus inuenta inuentio. In uerbis, elocu-
 tio. In utrōq; dispositio. Hæc memoria comple-
 ctitur omnia: & actio, siue pronuntiatio cōmen-
 dat. Sūt & tria alia officia oratoris: ut probet, ut
 delectet, ut flectat. Probare (inquit Cicero) neces-
 sitatis est: delectare suauitatis: flectere uictoriæ.
 Ad probationem pertinent cōfirmatio & confu-

tatio ad delectationem, ornatus sermonis & elo-
cutio: ad uictoriam ratio affectuum.

De partibus orationis, siue inuentionis.

Orationum quatuor fere species sunt. Ci-
uilibus, qua utuntur in concionibus, qui ad-
ministrant remp. Priuata qua priuati inter
se mutuo, colloquuntur. Dialectica, qua cōpendio
ii qui rogant, & respondent ad interrogata, dis-
ferunt. Et oratoria, qua utuntur oratores, quum
laudant, accusant, uel defendunt aliquem. Huius
sex sunt partes: exordium, narratio, diuisio, con-
firmatio, confutatio, conclusio. Hæc ordine ab-
soluentur.

De exordio.

Exordium, est principium orationis, quo au-
ditores facimus attentos, beneuolos, ac doci-
les. Attentos facimus sex modis. Primum,
si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inu-
sitatis uerba facturos. Quemadmodum Verg. 4.
Georg. Protinus aërii mellis cœlestia dona. Exe-
qua hanc etiam Meccenas aspice partem. Admi-
randa tibi leuium spectacula rerum, Magnani-
mósque duces, toti usq; ex ordine gentis, Mores,
& studia, & populos, & prælia dicam. Hic poëta
scripturus de apibus, gentium mores, studia, po-
pulos, ac prælia pollicetur. Secundo. Si rogabi-
mus ut attente audiant. Id frequens est apud Ci-
ceronem, & in prologis comœdiarum. Verg. in
eodem loco: Hanc etiam meccenas aspice partem
Tertio, expectatione. Si paululum expectabimus

cum grauitate quadam, & feueritate uultus, ante
 quàm ordiamur. Vt apud Ouidium in oratione
 Vlyffis: Donec Laërtius heros Astitit atque ocu-
 los paulum tellure moratos Sustulit ad proceres,
 expectatōque resoluit ora sono. Quarto. Si pol-
 licebimur nos dicturos breuiter solum ea, quæ
 putabimus quàm maxime pertinere ad utilita-
 tem causæ. Quinto. Si interdum aliquid falsi
 facietique narrabimus, quod ad audiendum exci-
 tet, & à tædio defendat orationem. Sexto dubita-
 tione. Si dubitare nos significabimus quibus po-
 tissimum uerbis rem tantam exordiemur. Vt di-
 cturus de tam sublimi immensoque & modum
 omnem cogitationis humanæ excedente myste-
 rio, non uideo quibus uerbis, aut qua ueneratio-
 ne aptius rem tantam prosequar. Beneuolentiam
 captamus quatuor modis: à nostra persona, ab
 aduersariorum, ab auditorū persona, & à rebus
 ipsis. A nostra persona beneuolentiam contrahe-
 mus, si nostrum officium sine arrogantia lauda-
 bimus. Teren. in principio Andriæ: Ego postquã
 te emi à paruulo, ut semper tibi apud me iusta &
 clemens fuerit seruitus scis: feci è seruo ut esses li-
 bertus mihi, propterea seruiebas liberaliter.
 Quod habui summum precium, persolui tibi.
 Vlyffes apud Ouidium: Neue mihi noceat, quod
 uobis semper Achiui Profuit ingeniū. Sed quia
 crebrius hac oratione utemur particulam eius
 hic apponam. Ouid. lib. 13. Meta.
 Donec Laërtius heros

Astitit: atq; oculos paulum tellure moratos
 Sustulit ad proceres, expectatq; resolut
 Ora sono, neq; abest facundis gratia dictis.
 Si mea cum uestris ualuisent uota Pelasgi,
 Non foret ambiguus tanti certaminis hæres.

Tuque tuis armis nos te poteremur Achille:
 Quem quoniã nō æqua mihi uobisq; negarunt
 Fata (mauūque simul ueluti lachrymantia terfit
 Lumina) quis magno melius succedet Achilli,
 Quã per quē magn9 Danaï successit Achilles.
 Huic mō ne p̄sit quod, ut est, habes esse uidetur
 Neue mihi noceat, quod uobis semper Achiui
 Profuit ingenium, meaq; facundia, si qua est,
 Quæ nunc pro dño, pro uobis sæpe locuta est
 Inuidia careat. bona nec sua quisque recuset.

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
 Vix ea nostra uoco. sed enim quia rettulit Ajax
 Esse Iouis pronepos, nostri quoq; sanguis autor
 Iuppiter est totidemque gradus distamus ab illo
 Ab aduersariorū persona, si eos in odiū, in inui-
 diã in cōtemptionē adducemus. Sic beneuolentiã
 captat Cicero in præfatione ad Herennium.

Quas ob res (inquit) illa quæ Græci scriptores
 inanis arrogantia causa sibi adsumperunt, re-
 liquimus. Nam illi ne parum multa scisse uide-
 rentur, ea conquisiuerūt, quæ nihil ad propositū
 attinebant, ut ars difficilior cognitu putaretur.
 Nos autem ea, quæ uidebantur ad rationē dicen-
 di pertinere, sumpsimus. Non enim spe quæstus
 aut gloria commoti uenimus ad scribendū, quæ-

admodū cæteri: sed ut industria nostra tuam
 rē geramus uolūtati. Hæc Cicero. Ab auditorū
 persona: si illos aut illorum dicta, uel gesta lauda
 bimus. Velut apud Teren. in Andria: Propterea
 quod seruiebas liberaliter. Cæterū in iudiciali ge
 nere, ubi maxime ad uictoriam tendit oratio, iu
 dicialis laus accommodari debet ad utilitatem caus
 sę. Ut allegemus pro honestis, dignitatem illi
 suam: pro humilibus, iustitiam: pro læsis, se
 ueritatem: pro infelicibus, misericordiã. Idcirco
 Cicero Ligarium exulem defendens, & ueniã pe
 tens nō æquitatē, nō doctrinã, aut alias dotes, sed
 solã misericordiã laudat Cæsaris. Inter omnes
 (ait) uirtutes, quas habes plurimas, nulla gratior,
 nulla admirabilior misericordia est. Hac enim
 quàm proxime accedis ad deorū naturam. Nihil
 habet, nec fortuna tua maius, q̄ ut possis: nec na
 tura melius, q̄ ut uelis conseruare, q̄ plurimos.
 A re ipsa, si rem de qua dicturi sumus, auditori
 bus dicamus fore utilem. hoc modo faciemus & at
 tentos & beneuolos. Attentos, quia res futura
 est utilis. Beneuolos quoniam uidemur studere
 illorum commoditati. Siquidem nisi faueremus,
 non traderemus, quod illis foret utile. Dóciles
 tribus modis. Primum, si summam causę breui
 ter exponemus: ut omnes poēt & quando propo
 nunt. Homerus: *Ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα πολύτρο
 πον.* Vbi se scripturum de Vlyssæ pollicetur.
 Ouid in Fastis: Tempora cum causis Latium di
 gesta per annum, Lapsumque sub terras ortaque si

gnacanam. Deinde si ante omnia diximus eam partem, quam nobis putamus maxime effectura. Ouidius in oratione Vlyssis: Neue mihi noceat, quod uobis semper Achivi, Profuit ingeniū: mea que hæc facundia, si qua est, quæ nunc pro domino, pro uobis sæpe locuta est inuidia careat. Ajax ante sua oratione persuaserat Vlyssi non habendam esse fidem, quod facundia facile falleret auditores. Id hisce uerbis diluit Vlysses: docet que iniquum fore, si facundia, quæ toties profuerat Græcis, sibi nunc officiat. Quare auditores, qui ante instituerant non habendam esse fidem orationi, dociles facit, & aptos, siue promptos ad audiendam, ac cognoscendam causam. Deniq; si interdum repetemus, quæ non satis percepisse eos, qui cognoscunt, putabimus.

Exordiorum species.

Dvo exordiorum genera sunt: principium & insinuatio. Principium uocamus, quando auditores facimus attentos, beneuolos, ac dociles aperte. Quale est illud apud Terentiū: Ego post q̄ te emi à paruulo, ut semper tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus scis, feci è seruo ut esses libertus mihi: propterea quod seruebas liberaliter, quod habui summū preciū persolui tibi. Sic Cicero in Catilinā: Rēp. Quirites, uitaq; omniū uestrū, bona, fortunas, coniuges, liberosque uestros, atq; hoc domiciliū clarissimum perii, fortunatissimam, pulcherrimāque urbem ho-

verno die Deorū immortalīū erga uos summo amore, laboribus, consiliis, periculisque meis ex flāma, atque ferro, ac pene ex faucibus fati ereptam, & uobis conseruatam ac restitutā uidetis. Vtrobique aperte ab officio suo beneuolentiam captant. Ininuatio uerò est, quando hæc eadē præstamus, hoc est, attentos beneuolos, ac dociles facimus, sed occulte, aut lachrymis, aut alia quapiam ratione. Nam ab iratis si perspicue pax & beneuolentia petatur, non modo ea non inuenitur, sed augetur atque inflammatur odium. In inuatiōnis exemplum longe elegantissimum est in oratione Vlyssis, cuius initiū supra adscripsimus. In ea attētos facit expectatione: beneuolos lachrymis: dociles, diruendo id, quod Ajax de facundia Græcis persuaferat. Cæterum ut constet quando utendum sit principio: quādo in inuatiōe, alia ratione distinguenda causarū genera.

Alia causarum diuisiō.

Dicitur est prius tria esse causarum genera: demonstratiuū, deliberatiuū, iudiciale. Cuiusque illorum adhuc quinque genera sunt: honestum, turpe, dubium, humile, obscurū. Honestum causæ genus est, quando id laudamus, suademus, defendimus: quod ab omnibus uidetur laudandum, suadendum, defendendum. Vt quum laudamus fortitudinem: quum hortamur ad pacem quā pro patre dicimus aduersus la tronē. Turpe causæ genus est, quū aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. Vt si qs di

eat aduersus patrē pro latrone. Dubiū gen9 caus-
sæ est, quando habet in se causſa & Nonestatis &
turpitudinis partem. Vt si qd dicat pro patre la-
trone: Turpe est enim defendere latronem: pul-
chrū defendere patrem. Humile genus est, quum
contempta res adfertur. Obscurū, quū causſa in-
tricata, obscura, & haud facilis intellectu est.

Nunc quæ ratione ordiendum sit in singulis caus-
ſarum generibus. Quādo causſa honesta est, uti
licebit principio, nisi auditores sint uel defessi au-
diendo alios: uel persuasi ab aduersariis. Quan-
do causſa turpis erit, utendum in sinuatione. In
genere dubio utemur principio. Sed ante oīa di-
ruem9 partē, quæ habet turpitudinē, ne ea nobis
obſit. In genere causſæ humili maxime faciemus
attētos. Vt Verg. 4. Georg. Protinus aërii mel-
lis cœlestia dona Exequat. In obscuro, dociles.

Quando non liceat principio uti.

TRia sunt tempora, quibus nō licet uti prin-
cipio: quando causſa turpis est: quādo au-
ditor persuasus est ab his, q ante cōtra nos
dixerunt & quando auditor defessus est eos audi-
endo, qui ante dixerūt. Quādo causſa turpis est,
utemur in sinuatione. Quādo auditor persuasus
est ab his qui contra nos dixerunt, ordiemur à di-
cto aduersarii, quod postremo loco dixerit: uel
ab eo, quod firmissimum sibi adiumentū fore pu-
tauerit. Vt in Vlyſſis oratione: Neue mihi no-
ceat. quod uobis semper Achiui profuit ingeniū:
meaque hæc facundia si qua est, Quæ nunc pro

domino, pro uobis saepe locuta est: Inuidia careat. Hoc loco Vlysses orditur ab eo, quod aduersarius Ajax potuerat sibi fore firmissimum adiumentum. Quando auditor defessus est, ordiemur à fabula, aologo, aut aliqua re, quæ risum moueat. Sic Cicero quū diceret, uidit generum suū homunculum prætereuntem magno cinctū gladio. Dii boni, inquit, iudices, quæ alligauit generum meum gladio? Potest & hoc narrari inter dicendum. Roganti imperito cuidam oratori, nū oratio bene mouisset ad cōmiserationē, Catulus respondit: Profecto nemo tā ducus fuit, cui oratio tua non sit uisa miserabilis.

DE NARRATIONE.

Narratio, est rei factæ, aut nō factæ utilis ad persuadendū expositio. Narrationum duæ species sunt. Altera ipsius causæ, quū exponimus re gestā & omnia trahimus ad utilitatē nostrā uincēdi causæ. Id fit quinq; modis: partitione, præparatione, eleuatione exaggeratione admonitione. Partitio in narratione tædium leuat. Vt dicā iudices, quæ acta sunt ante rei contractum, quæ in re ipsa item quæ postea. Et audistis nunc iudices, quæ acta sunt ante rei contractum. Nunc audietis, quæ in re ipsa. Præparatio est, quando quicquid addimus de nostro, quod faciat ad utilitatē causæ. Vt in oratione pro Ligario: Ligarius profectus est in Africam, quū esset adhuc nulla belli suspicio. Hic profectū esse Ligarium in Africam, ad uerā rei narrationem

spectat. Cæterum quod tum nulla suspicio belli fuerit, id Cicero adiecit de suo: idq; postea approbavit. Idcirco narratio, cõfirmatiõis propositio est: & cõfirmatio, narratiõis probatio. Quippe narratio sæpenumero ea proponit, quæ postea cõfirmabimus: & cõfirmatio ea probat, quæ ante sunt narrata. Eleuatio, est rei uel criminis depressio siue diminutio. Sic luxuria hilaritatis: auaritia parsimoniam. negligentia simplicitatis nomine lenietur. Exaggeratio est cõtraria eleuationi. Admonitio. Cicero: Adhuc Ligarius omni culpa uacat. Admonet Cæsare nõdũ dictum esse aliqd de Ligario, quod accusatione dignũ sit. His quinque formis narratio ad uictoriam tendit.

De digressione.

Altera narrationis species, est rerũ ad causam pertinentium. Quæ à Græcis *παρρησια*, à nostris digressio nuncupatur. Ea fit causa transitionis, exornationis, laudationis, criminationis, & descriptionis locorum, quam topographiam nominant. Transitionis: quo commodius transeamus ad rem aliã. Vt in Metamor. Ouidius, quum narrasset fabulam Daphnes, quo pacto erat mutata in laurum: uti comode transiret ad fabulam Ius, recitat omnia flumina conuenisse ad patrem Daphnes, consolationis causa, præter patrem Ius, qui domestico erat impeditus luctu propter filiam, quæ conuersa erat in iuuenecam. Quod itaque dixit cõfluxisse illuc fluiuos, digressio est. Quæ nihil quidem ad institu-

rum hoc est, rerum metamorphosin pertinet, nisi quod fabulas connectit. Exornationis. Ut apud Vergilium, ubi describit tempestatē, qua coactus est Aeneas in Aphricam. Laudationis, Velut apud Ciceronem pro Cornelio Balbo, ubi digreditur ad laudes Pompeii. Criminationis Quum aliorum crimina eleuamus, quo aduersarii uedeatur grauius. Locorum descriptionis. Sic Ouidius in metamorphosi describit Parnasum montem, in quo seruati erant Deucalion & Pyrrha, his uerbis:

Separat Aonios Aetæis Phocis ab arnis.

Terraferax, dum terra fuit: sed tempore in illo
 Pars maris, & latus subitarum campus aquarū.
 Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus
 Nomine Parnasus, superatque cacumine nubes.

DE DIVISIONE.

Diuisio est, per quam aperimus quid conueniat nobis cum aduersariis, quid sit in cōtrouersia, & per quā exponimus quibus de rebus simus dicturi. Diuisionis duæ sunt partes. Altera, qua dicimus qd nobis cum aduersariis cōueniat. Hac solum utimur in genere iudiciali. Ex empligratia. Absoluta narratione Orestes hoc modo causam diuidere potest. Interfectam esse matrem à me conuenit mihi cum aduersariis: uerum id factum esse iniuste, pernego. Altera, per quā exponimus, quibus de rebus simus dicturi. Ea utūtur in oībus causarum generibus. Posterior pars in duas rursus species diducitur enumeratio

nem & expositionē. Enumeratio est, quando res plures ac diuersas, de quibus dicturi sumus, enumeramus. Vt dicam primū de prudentiæ ratioe: inde de iustitiæ dignitate: tum de fortitudine: Postremo de temperantia. Verg. i. Geor.

Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram
Vertere Mæcenas: ulmisque adiungere vites
Conueniat: quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori: atque apibus quanta experiētia parcis
Hinc canere incipiam.

In enumeratione seruandum, ut partes omnes eo exponamus ordine, quo usi fuerimus in diuisione. Id pulchre seruauit in Andria Terētius.

Enumeratio est: Eo pacto & Gnati uitam, & consilium meum cognosces, & quid facere in hac re te uelim. Enumerat tria de quibus uerba facturus est. Ait se dicturū de Gnati uita: tū de suo consilio, quare falsas finxerit nuptias: deniq; quid Sofiam uelit facere. Hæc ordine eodē sic explicat. Primum Pāphili uitam recenset: Nā is postq̄ excessit ex ephebis Sofia. Inde suum consilium, circa scenæ finem: Nūc id operādo, ut per falsas nuptias uera obiurgandi caussa sit, si deneget. Postremo, quid Sofiam uelit facere: Nunctuū est officium has bene ut ad similes nuptias, perterrefacias Dauum. Ad hunc modū, artificium & Dialectices & Rhetorices in prælegendis autoribus excutiemus. Expositio est, quando sine numero breuiter exponimus, qua de re uel quibus de rebus simus dicturi. Vt quum de Dei æternitate,

de dignitate uirtutis, uel de apum natura dicturos nos esse pollicemur. Diuino etiam dociles facit, tametsi ad exordiū solum id plærque putant pertinere. Etenim per totam orationem licet facere attentos, beneuolos, ac dociles, sed maxime in exordio. Sic Cicero in peroratione pro Ligario beneuolentiā captat Cæsaris: his uerbis: Nulla de uirtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Nihil habet nec fortuna tua maius, q̄ ut possis, nec natura tua melius, q̄ ut uelis conseruare quàm plurimos. Quidam diuisionem inter orationis partes non numerant, quod paucissimis semper uerbis absoluitur. Horum si quis uelit iudicium sequi non repugno. Cæterū diuisionem siue partem, siue distinctionem dūtaxat orationis uoces, ipsa tamen causa deesse non debet.

De confirmatione & confutatione.

Confirmatio est oratio qua nostras argumentationes probationē siue cum asseueratione, hoc est, cum instantia uocis & uultus exponimus. Quoniam plærque adeo tepidæ dicunt, ut res etiam uera, uix uideatur ueritabilis. Confutatio est contrariarum argumentationum, dissolutio. Hanc *κατασκευη*: illā *ἀνασκευη*, Græci nūcupant. Cōfirmare autem & confutare facile poterimus, si causæ cōstitutionem cognouerimus. Ergo de statuum natura ac generibus nunc pauca dicemus.

De Statu.

Status uel constitutio est causæ summa, ad quã omnia, rationis argumenta referuntur. Neque solum in iudicali genere, sed in aliis quoque causis status est. In deliberatio constitutio est: Sit ne utile, honestum, licitum. Aut ex Stoicorum sententia, expediat ne. Siquidem Stoici negabant quicquam esse utile, quod simile esset honestum. In gratulatione: An illius præsentis commodo lætemur. In gratiarum actione: Sit ne hic illi huius meriti causa gratus. In consolatione: Sit ne huic dolendum huius rei amissæ causa Historiæ etiam & poëmata quæstionē habent & statum. Vt apud Sallustium in bello Iugurthino, quo modo pugnatum sit cum Iugurtha. Apud Homerum in Iliade: quomodo Græcia ad Troiam bellauerit. In Odyssæa: quo pacto Ulysses in patriam redierit. In Aeneide Vergilii: quo modo Aeneas in Italiam uenerit.

Quid sit status in genere iudicali.

Status uero in iudicali genere est prima deprecatione defensoris cū accusatoris insimulatione coniuncta: uel est quæstio aut oratio, quæ oritur ex intentione accusatoris, & responsione defensoris. Vt occidisti Aiacem: non occidisti. Vnde existit quæstio: occiderit ne Ulysses Aiacem. De hac constitutione eiusque speciebus ac partibus, ideo tam accurate Cicero perscripsit, quod uersabatur in iudicio. Sic uidemus omnes pene Ciceronis de Rhetorica arte præceptio-

nes accommodatas esse iudiciali generi. Hæc in
formas tres diuiditur: coniecturalem, legitimam
iudicialem. Tria etenim sunt, quæ in omni di-
sceptatione quærentur: an sit, quid sit, quale sit.
An sit. Vt fecerit ne Clodius infidias Miloni.
Sit ne interfectus Ajax ab Vlyffe. Quid sit. Vt
sit ne sacrilegiũ an simplex furtum, si res sacra è
loco priuato ablata sit. Quale sit, iustum, an
iniustum. Vt iure ne Orestes occiderit matrem,
an iniuria.

De statu coniecturali eiusq; locis.

Coniecturalis status est, quum coniecturis
uerũ quæritur. Exemplum subiũgã. Duo
quidam simul in tabernã diuertunt, incœ-
nati una discubuerunt. Caupo unum eorũ, quem
grandem pecuniam secum ad ferre deprehēderat,
gladio alterius interfecit, pecunias abstulit, gla-
diũ in uagina recondidit. Ille cuius gladio homo
occisus erat, summo mane gladiũ, & cætera quæ
secum attulerat, sustulit, solus profectus est. Nõ
multo post caupo clamitat hominem occisum.
Et cũ quibusdã diuersoribus eũ, q̄ ante exierat, cõ-
sequitur atq; cõprehendit. Gladiũ è uagina edu-
cit, reperit cruentũ, peregrinus cædis accusatur.
hæc caussa coniecturalis est, quoniã factũ nega-
tur, & cõiecturis multis ueritas perquirenda est.
Coniectura peti solet à persona, re, caussa, loco,
modo, materia, tempore, occasione, facultate.
Persona triplex est, loquentis, audientis, aduersa-
rii. Item in persona spectanda nomen, natura,
educa-

educatio, fortuna, adfectio animi, habitus corporis, studiū, cōsilia. Nomen ut si quis dicatur candidus, dicemus male appellari candidum, quum præter nomen nihil habeat candidi. Si innocentiū, quid nihil sit eo nocentiū. Ad naturā referuntur, sexus, natio, patria, ætas, Sexus: ut uir sit an mulier. Latrocinium enim facilius in uiro: ueneficiū in muliere. Natio: Sit ne Latinus, Germanus, Hispanus. Latini nanque superciliosi sunt: Germani bellicosi: Hispani iactabundi: Galli leues: Pœni perfidi: Græci mendaces, sed amatores literarū. Patria ut Romanus, Atheniēsis. A Etas: Sit ne puer adolescēst uenis, uir an senex: & quo modo in hisce uitæ partibus se gesserit. Quoniam singulis sua natura est. Educatio, qua ratione, & à quibus sit educatus. Nam refert à quibus, & quo quisq; modo nutritus sit. Fortuna: seruus ne sit, an liber: pecuniosus, an tenuis: exul abdicatus an secus: Priuatus an cum potestate: fortunatus an infortunatus. Adfectio animi: iracūduus, petulās, libidinosus an frugi: avarus an liberalis. Habitus corporis. Corporis enim robur, pulchritudōq; & uestiū cultus, plerūq; libidinis & petulantiaē indicia sunt. Studium est uehemens animi ad rem quāpiam applicatio. Vt sit ne orator, poëta, medicus, uenator, sutor. Consilium est faciendi excogitata ratio. Videndum quæ consilia ante rem sint habita. Hactenus dicta ad personas referuntur. Sequuntur reliqua: res, causa, locus, modus, materia, tempus, occasio, facultas.

Res est negotiū ipsum, de quo agitur: ut parricidiū, sacrilegiū, peculatus. Causæ duæ sunt partes impulsio & ratiocinatio. Impulsio est temerarius animi impetus ad faciendum aliquid, aut nō faciendū: ut timor, furor. Ratiocinatio est quæ cōmodorū cōparatione aut incōmodorū uitatio ne ad rem hortatur. Vt si esse interfectū dicam, gratia lucraut hæreditatis. Locus, opportunus an importunus: angustus, amplus, nã morosus: lōginquus, an propinquus, celebris, desertus: sacer, an prophanus: publicus, an priuatus. Modus: Clam, an uē: palā, an occulte: iniciēs, an prudens: amore, an odio. Materia: fuste, an gladio: arcu, ueneno, incātatione. Tempus: nocte, an die. Occasio, est tēporiscōmoditas, quæ ad rem aliquā hominē trahit inuitatq;. Facultas ac facile quicq; esse factū docemus. Vt occidi à pluribus pauciores, à uigilantibus dormientes: à præparatis, inopinantes. Ex hisce lociscōiecturas uel materiā captabim, qua uel nos defendemus, uel aduersarios accusabimus. Exemplo id demōstrabo. Ad hunc modum se defendere Catilina potest. A persona sua: Ea sum nobilitate, iisq; parentibus iudices, ut talia de me sine testibus suspicari non debeatis. A persona audientis. Nam uestra prudentiæ iudices est, eā potestatem talibus hominibus nō concedere: ne fictis argumentis nobiles homines circumueniant. Ab aduersarii persona. Atque ideo magis expellendus Cicero, quod mihi semper inimicus, infestusque nobilitati fuerit. Ab re. Non enim tanti sceleris suspicionem sine testibus ap-

probare debetis. A loco. Præsertim in hac re-
 in qua sanctissimæ leges summo studio semper
 seruatae sunt. A causa. Idcirco etiam magis Cice-
 ro expellendus, ne si fictis argumentis locus dabi-
 tur, multos nostrum hi noui homines inuadere co-
 nentur. A tempore. His præsertim temporibus,
 quibus ignobilium animi nobilitatem sunt ac-
 censi. Ea etenim licentia uiuitur, ut nemo fal-
 sa crimina non excogitet.

De legitima constitutione.

CONSTITUTIO legitima est, quum ex legibus,
 & scriptis aliquid controuersiae nascitur.
 Sic dicta est, quod sæpenumero è legibus
 oriatur. Ea sex partibus absoluitur: scripto & sen-
 tentia, contrariis legibus, ambiguo, definitione,
 translatione, ratiocinatione. Ex scripto & senten-
 tia controuersia nascitur, quum inter litigantes unum
 scripto: alter scripti sententia utitur. Eiusmodi
 causae constitutio est ubi in Philippicis Cicero
 probat statuam deberi Seruio Sulpitio, qui legatus
 missus ad Antonium in legatione mortuus erat. Lex
 legatis ferro interceptis statuam decernebat. Hunc
 honorem Cicero uolebat Seruio Sulpitio decer-
 ni: qui non ferro, sed legationis labore occubuit.
 Ex contrariis legibus, quando altera lex iubet,
 aut permittit, altera uetat quicquam fieri, hoc
 est, quum accusator, & defensor suam uterque le-
 gem habet, qua sese tueatur. Ex ambiguo, quum
 scriptum duas aut plures res significat. Hoc sæ-
 penumero fit multiplici potestate uerborum, &

accentu, genere, & numero, & aspiratione, & cō-
 textu orationis, & quibuscunque modis significa-
 tio uerborum cōmutatur. Vt paterfamilias ami-
 co aurū legauit. Post mortē eius, amicus seruū
 nomine taurū petit: Hæres se bouē debere dicit.
 Testamento quidā poni iussit statuam auream
 hastā tenentē, Vbi ambigitur an statua esse au-
 rea debeat, an hasta. Ex definitione causā cōstat,
 quū controuersia est, quo nomine factū appel-
 letur. Quidam furatus est rem sacram ex ædibus
 priuatis. Accusator sacrilegiū esse adfirmat: reus
 simplex furtū, quòd ignorauerit rē esse sacrā. Hic
 definiri debēt sacrilegiū & simplex furtū. In tra-
 latione seu trāsmutatione status consistit quo-
 ties ab alio nos accusari debere dicimus: aut non
 nos sed alios: aut nō apud hos iudices, sed apud il-
 los: nō hac lege, sed illa: nō hoc crimine, sed illo:
 nō hac pœna sed illa: nō hoc modo, nō hoc loco,
 nō hoc quærente, aut agente, sed alio. Ex ratioci-
 natione cōtrouersia cōstat, quū res sine propria
 lege uenit in iudiciū, quæ tamen ab aliis legibus
 similitudinē quādam aucupatur. Hæc in quinq;
 distribui parteis potest. Prima, An quod semel
 ius est, idē & sæpius. Vt furti damnatus adfixus
 est cruci, sed rupto fune delapsus repetitur ad sup-
 pliciū. Secūda, An quod in uno ius est, idem & in
 pluribus. Qui duos uno tempore tyrānos occidit
 duo præmia petit. Qui Romæ tres liberos habe-
 bat, certa priuilegia, & immunitates habuit. Qui
 dā sex aut nouē habuit: dubitatio existit, utrum
 duplū aut triplū habebit priuilegium. Tertia.

An quod ante ius fuit, etiam post sit. Mulier rapta habet optionem, ut uel caput raptoris petat, uel cōubiū. Raptor fugit, interim rapta nupsit alii reuerso raptore petit optionem mulier.

Quarta. An quod in toto ius est, idē & in parte. Aratrū accipere pignori non licet, uomerem accepit. Quinta, An quod in parte idem, & in toto. Lanæ euehere Tarento non licet, oues uexit.

De iuridiciali constitutione.

Iuridicialis cōstitutio est, quā iure, an iniuria factū aliqd sit, quæritur. In hac reus aut fatetur quidpiam fecisse se, quod uetitum sit, aut non. Illud adsumptiuam: hoc, absolutam nominamus. Absoluta iuridicialis est, quum recte aliquid factum esse dicemus. Ut quidam abdicare filium uult, quod philosophiæ operam dederit. Filius se recte ut facere ait. Assumptiuæ est, in qua quum reus rem per se turpem fecisse confiteatur, re tamen assumpta extranea iure factum defendit. Huius partes quatuor sunt: criminis concessio, relatio, remotio, comparatio. Concessio est, quū reus petit sibi ignosci. Eius partes duæ, purgatio eius, & deprecatio. Purgatio est, per quā, qui accusatur, non factum ipsum, sed uolūtas defenditur. Ea habet partes tres, imprudētiam, casum, necessitudinem. Imprudentia dicitur, quum scisse se aliquid reus negat. Lege Cornelia de sicariis punitur, qui occiderit hominem. Quidam dum a uibus ruri insidiatur missa sagitta hominem in uirgultis dormientem interfecit. Per

imprudentiam se excusat. Simile est, si quis ac-
 cusetur quod ciuem Romanum occiderit. Casus
 est, quum demonstramus aliquam fortunam uim uo-
 luntati obstiterit, Vt in hac: Aliq; pecuniam certo
 die Ephesi soluere promisit, adiecta poena, nisi
 tunc soluta fuerit. Is profectus est domo eo tempo-
 re, quod uideretur satis ad eam profectioem futurum.
 Aduersis tempestatibus usq; usus ad constitutum diem
 non uenit. Excusat se per casum aut fortunam. Item
 dux Romanus missus aduersus Cymbros, exerci-
 tum duxit in locum iniquum. Circumuentus ab hostibus,
 amisit militum octoginta milia. Reuersus Romam
 accusatur laesae maiestatis. Confert culpam in casum
 & fortunam. Necessitudo est, quum ui quadam reus
 id, quod fecerit, fecisse se ait, hoc modo. Lex est
 apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu nauis
 prehensa sit, publicetur. Magna exorta tem-
 pestate uis uentorum inuitis nautis Rhodorum in
 portum nauim coegit. Deprecatio est quum se
 peccasse consultos reus confitetur, tamen petit si-
 bi ignosci. Hoc genus uix in iudicium uenire po-
 test ideo quod concessa culpa, difficile est ab eo qui
 peccatorum esse uindex debet, ut ignoscat, im-
 petrare. Fit tamen si pro eo dixeris, qui saepenum-
 ero fuerit de re publica bene meritus, qui ob salutem po-
 puli quoadque sese in pericula coniecerit. Relatio
 criminis, est quum aliquid nos aliorum peccatis coactos
 fecisse dicimus. Ea est huiusmodi. Horatius occi-
 sistribus hostibus, & duobus amissis fratribus
 domum se uictor recepit. Is animaduertit sororem
 suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem

nomen appellante identidem, quod unus ex hostibus fuerat. Indigne id passus, uirginem occidit. At se coactum esse iniquitate sororis quod illa hostium mortem lugebat: fratrum negligebat: denique se & populum Romanum uicisse, moleste ferebat.

Remotio criminis est, quum culpam uel in hominem, uel in rem aliquam reiciamus. In hominem. Ut si accusetur is, quod consul iussu Seruio Sulpitium seditionem hominem occiderat. In rem, hoc modo: Paterfamilias moriens, seruum donauit libertatem ea conditione, ut mortuo poneret aream statuam in foro. Quum mortuus esset paterfamilias, seruus ponere statuam uoluit. Sed plebiscitum erat, nulli posse poni statuam, nisi consensu plebis: Seruus liberum esse se adfirmat: & quod statuam non posuerit, eam culpam in rem, hoc est, plebiscitum reicit. Distat criminis remotio a relatione, quod hic penitus remouetur: illic dumtaxat minuitur culpa. Comparatio porro criminis est, cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, & id quod fecimus utilius esse, hoc modo. Aulus Albinus a Iugurtha inclusus, cum effugere non posset, cum Iugurtha in colloquutionem uenit, ita discessit, ut impedimentum relinqueret, exercitum sub iugo educeret. fatius esse duxit exercitum sine impedimentis educere, quam simul cum impedimentis exercitum quoque perdere.

De indicatione.

Indicatio est, quaestio quae oritur ex ratione defensoris, ac firmamento accusatoris. Ratio est quae defensionem continet. Quonia nisi attulerit rationem reus, nulla erit controuersia. Firmamen

tum uel infirmitas est id, quod adfertur ab accusatore contra rationem defensoris. Quemadmodum ex intentione accusatoris & depulsiōe defensoris constitutio cōficitur: ita ex ratione defensoris, ac firmamento accusatoris colligitur iudicatio, hoc modo. Intentio interfecisti matrem Orestes: Depulsiō: interfeci, sed iure. Ratio: illa enim patrem meum occiderat. Firmamentum uel infirmitas: quantum illa patrem occiderat, tamen tu filius nocentem matrem interficere non debeas. Iudicatio: an licuerit nocentem matrem occidere. Exemplum aliud ponam. Apud quosdam lex erat, ne quis Dianæ uitulum immolaret. Nautæ quidam quum aduersa tempestate in alto iactarentur, uouerunt, si eo portu, quem conspiciebant, potiti essent, ei Deo qui ibi esset, se uitulum immolatuos. Casu erat in eo portu sanum Dianæ eius, cui uitulum immolari non licebat. Imprudentes legis quum exisset, uitulum immolauerunt. Accusantur. Intentio est: uitulum immolasti sei Deo, cui non licebat. Depulsiō est in concessione posita. Ratio: nescimus non licere. Infirmitas tamen quoniam factum est, quod non licebat, ex lege supplicio digni estis. Iudicatio: quum id fecerint, quod non oportuerit, & id non oportere nescierint, sint ne supplicio digni. In coniecturali causa iudicatio nihil differt à constitutione. Ut reperiuntur Vlysses apud Aiace interfectum in sylua, cuius ante capitalis fuerat inimicus. Accusatio: occidisti Aiace. Depulsiō: non occidi. Coniecturalis constitutio uel iudicatio: occiderit ne.

DE CONCLVSIONE.

Conclusionem, siue perorationem appellant artificiosum terminum orationis: uel postremam orationis partem, quæ breui argumentatione ex iis quæ dicta sunt, aut facta conficit, quod necessario consequitur. Distat ab epilogo, quod conclusio orationis, enumeratio uero perorationis, interim etiam narrationis membrum fit. Conclusionis tres partes sunt: epilogus, amplificatio adfectus: uel (quod idem est) enumeratio, indignatio, questio, uel commiseratio.

De enumeratione.

Epilogus est breuis antedictorum repetitio. Ut apud Ciceronem pro Pöpeio: Quare uidete iudice, nū dubitandum uobis sit, omni studio ad id bellum incubere, in quo gloria nominis uestri, salus sociorum, uectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium cum rep. defenduntur. Et pro Archia poeta: Quare cōseruate iudices hominem pudore eo, quæ amicorum studiis uidetis cōprobari, tum dignitate, tum etiā uenustate: ingenio autē tanto, quāto id cōuenit existimari. Causa uero eius modi, quæ beneficio legis autoritate municipii, testimonio Lucilli, tabulis Metelli cōprobetur.

De indignatione.

Amplificatio est per quæ grauis in re offensio, aut magnū in hominem odiū instigationis auditorum causa cōcitur. Ut apud Ciceronem pro A. Cluentio: Quod hoc portentum dii immortales, quod tantum monstrum ullis locis, quod tam infestū scelus & immane, aut unde na-

tū esse dicamus? Amplificam⁹ qñq; cōmutatorei
 nomine. Vt si hilaritatē uocemus luxuriā: patri-
 moniā auaritiā: simplicitatē negligētiā. Aut quū
 per collationē effertur quæ amplificat. Cic. in
 Verrem: Nō enim furem, sed raptorem: nō adul-
 terū sed expugnatore pudicitia: nō sacrilegū, sed
 hostem sacrorū, religionūq;: nō ficariū, sed cru-
 delissimū carnificē ciuiū sociorūq;, in uestrū iu-
 diciū adduxim⁹. Plin. in Panegyrico de Troiano:
 Nō enim de tyrāno, sed de ciue: nō de dño, sed de
 parēte loqmur. Tertius amplificādi modus incre-
 mentū dicitur, quū per gradus peruenitur inter-
 dū ad summū, interdū quodāmodo supra sūmū.
 Vt facin⁹ est uincire ciuē Romanū, scelus uerbe-
 rare: prope parricidiū necare: qd dicā in crucem
 tollere? Quart⁹ cū cursu quodā graui⁹ grauiusq;
 sēper aliqd inseqtur. Vt de uomitu in Antoniū
 Cicero: In cœtu uero populi Romani, negotiū
 publicū gerens, magister equitū. Quintū genus
 συρσπορισμὸν, id est, cōgeriē uocāt, q̄ rē eādē aliis
 atq; aliis modis efferimus. Vt qd tuus ille Tube-
 ro districtus in acie Pharsalica gladi⁹ agebat: cu-
 ius latus ille mucro petebat: q̄ sensus erat armo-
 rū tuorū quæ tua mens oculi, manus, ardor animi
 qd cupiebas: qd optabas? De affectibus.

Affectus nihil aliud est, q̄ impetus quidam
 animi, quo ad appetendum auersandū ue
 aliqd uehementius, q̄ pro q̄to statu men-
 tis impellimur. Exemplum cōmiserationis est in
 oratiōe Ciceronis pro Milone: Sed finis sit, neq;
 enim præ lachrymis loqui possū, & hic se lachry

misdefendi uetat. Vos oro obtestorq; iudices, ut
 in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis.
 In adfectuũ ratiõẽ seruadum, ut ipsi uideamur ta
 les, quales cupimus auditores. Quoniã ut Quin
 tilianus ait, nõ incendit nisi ignis: nec madesci
 mus nisi humore: nec res ulla dat alteri colorem
 quẽ ipsa nõ habet: Idẽ Fabius refert se uidisse hi
 striones, qui adhuc flentes è spectaculo descende
 bant tã opere: conati erant cõ mouere populum.
 Adfectus mouemus, uel cõ miserationem audito
 rum captamus ab habitu personæ. Ut apud Ver
 gilium: Obstupui steteruntq; comæ, & uox faucibus
 hæsit. Ab ætate. Apud eundem: Infelix puer
 atque impar congressus Achilli. A fortuna. Ut:
 Ausoniũque olim ditissimus aruis. Hinc quoq;
 indignationem excitamus. Dido apud Ver
 gilium: Et nostris illuserit aduenaregnis. A loco,
 Quum uitam in syluis inter deserta ferarum Lu
 stra domosque traho. Eodem pertinent figuræ
 quædam. *Απόρησις*, uel dubitatio: En quid
 ago, rursus ne procos irrifa priores Experiar?
Ἐκφώνησις, aut exclamatio: Dii talem terrisa
 uertite pestem. *Ἀποσιώπησις*, uel reticentia.
 Quo sego: sed motos præstat cõponere fluctus.
 Permissio: Præter miseram animam, & hoc cor
 pus nihil relictum est: his utere atque abutere
 ut libet. Epimone uel epizeuxis. O Mysis My
 sis. O pater pater quid ages? Criminis seu de
 licti confessio. Cicero pro ligario: Erraui, te
 mere feci, pœnitet, ad clementiam tuam confu
 gio, delicti ueniam peto, ut ignoscas oro.

Duo sunt adfectuum genera: πάθος, quando auditorum animi uehementer concitantur: & ἥθος, quum leniter solum permouentur. Adfectus concitati reddunt commotos, mites, lenes. Concitati imperant, mites, persuadent. Concitati perturbant, mites, ad beneuolentiam præualent. Item πάθος, simile est tragœdiæ: ἥθος comœdiæ. De iisdem hæc Ciceronis uerba sunt. Duo sunt, quæ bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiã faciunt. Quorum alterum est ἠθικόν, ad naturã, & ad mores, & ad omnẽ uitæ cõsuetudinem accommodatã. Alterum παθητικόν, quo perturbatur animi, & cõcitantur: in quo uno regnat oratio. Illud superius, come, iucundum, ad beneuolentiã cõciliandã paratũ. Hoc uehemens incensum, incitatum, quo causæ eripiuntur. Quod quum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest. Possunt & alia ratione adfectus distingui. In lætos, qui gaudium cõciliant audientis animo: ut in gratulatione. Et tristes, quum irã, indignationem, aut misericordiã mouemus. Facultas hæc cõmouendi auditorum animos haud paruã oranti cõmoditatẽ præstat. Nã quum irasci, fauere, odisse, misereri cœperunt, agiã rem suã existimant. Et sicut amãtes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor ita omnẽ inquirendæ ueritatis rationem iudex amittit occupatus adfectibus, æstu fertur, & uelut rapido flumini obseqtur. Huc igitur incubat orator, hoc opuseius, hic labor est, sine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sunt, ut ait Quintilia. Neq; miseratione solũ mens iudicium

permouenda est, sed etiam faciendum, ut irascatur, mitigetur: inuideat. foueat: contemnat, admittetur: oderit, diligat: cupiat, satietate adficiatur. speret, metuat: lætetur, doleat

De dispositione.

Absoluta inuentione, tradenda dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Membra orationis sic disponenda. Primo loco exordium ponetur: secundo narratio: tertio, diuisio: quarto, confirmatio: quinto, confutatio: sexto, conclusio. Exigente tamē causa ordinem, hunc quinque commutamus. Porro probationes firmiores primo & ultimo loco: aliæ medio proferendæ sunt. Naturalis rerum ordo in cōpositione quoque uerborum seruari debet: ut uiros ac fœminas, diem & noctem, ortum atque occasum dicas: non fœminas, & uiros non noctē ac diem, non occasum & exortū. Cauendū etiā ne decrescat oratio, & fortioris subiungatur aliqd infirmius: ut sacrilego fur, aut latroni petulans. Ut dispositio, ita & ordo duplex est. Naturalis, quo rē ut gesta est narramus. Artificiosus, quo naturalē ordinē cōsulto perturbamus. Superior ille historicis, & oratoribus: hic poëtis cōuenit. Poëtæ enim plerūque à mediis ordiuntur rebus. Sic Homerus Odysseam à tēpore, quo Vlysseserat in Calipsy insula auspicatur. Quæ uero præcesserant, quoad Cyclopes ad inferos uenisset, in insula Pheacum postea recitantur. Quemadmodū instructio exercitus in aciem imperatori: ita hæc pars oratori summè necessaria est. Etenim sicut illa in pugnando, sic

in dicendo dispositio facile uictoriam parit. nippe disponere aliud nihil est, nisi argumenta in uoquaque loco collocare, & uelut in aciē producere.

De eloquutione, memoria, & actione.

E Locutio tribus constat partibus: elegantiā, cōpositione, dignitate. Elegantiā sermonem purum a latinum reddit: & uerba requirit propria, usitata, Latina. Cōpositio continet ordinem, iuncturam, numerum. Ordinem: si sensus uerbo claudatur: si diem & noctem dicamus, ortū & occasum, non contrā. Iuncturam, si crebri uocalium concursus uitentur, qui uastam atq; hiantem reddunt orationem. Numerum, si eundem multorum uerborum exitum uitabimus, & longam uerborum continuationem, quæ tum auditoris aures, tum spiritum orantis lædit. Dignitas constat ex orationibus uerborum ac sententiarum, quas alio loco describemus. **M E M O R I A** duplex est: Naturalis, quæ nostris animis insita sine inductione artis simul cum cogitatione nascitur. Et artificiosa, quæ est eadem ipsa naturalis præceptionibus quibusdam firmata. Hæc constat locis & imaginibus. Loci sunt ueluti tabulæ, in quibus rerum simulachra collocantur. Quod genus ædes, intercolumnia, anguli, parietes. Imagines sunt similitudines earum rerum, quas meminisse uolumus. Vt equus, leo, canis, domus. Quæ si ordine libeat ediscere: collocabimus in primo loco equum aliquem, in secundo leonem: in tertio canem: in quarto domum. Pari for

ma oratio in parteis aliquot diuidi, ac per imagi-
 nū excogitationem edisci potest. PRONUN-
 TIATIO uel actio est moderatio uocis, uul-
 tus, & gestus cum gratia, & uenustate. Hæc tria
 præstare debet ut conciliet, persuadeat, moueat:
 quibus natura cohæret, ut etiam delectet. Conci-
 liatio commendatione morum, & orationis suau-
 tate constat: persuadendi uis, asseueratione: mo-
 uendi ratio, adfectibus.

FINIS.



Pres. 2P.
5441